Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

No 75.



M. Fischer fecit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Joannes Petri Hoſſomius
1707

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

COMPENDIUM MOSAICUM

PARTITIONIBUS
Succinctis & diſtinctis
adornatum
à
GEORGIO THEOPHIL.
SADOLINO

Pro Juniorum memoria.

CUM GRATIA ET PRIVILEGIO S. R. M.
ad decennium.

HAFNIÆ,
Typis Melchioris Martzan,
ANNO M. DC. XLII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Luc. 16, 29.

Habent Moſen & Prophetas, audiant illos.

2. Tim. 1, 13.

Ὑποτύπωσιν ἔχε ὑγιαινόντων λόγων ὧν παρ' ἐμοῦ ἤκουσας ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ τῇ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

2. Tim. 3, 15. 16. 17.

Καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν πρὸς ἔλεγχον πρὸς ἐπανόρθωσιν πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ.

Ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος πρὸς πὰν ἔργον ἀγαθον ἐξηρτισμένος.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

HIERONYMUS AD PAULINUM.

MAnifeſtiſſima eſt GENESIS in qua de Creatura Mundi, de exordio generis humani, de diviſione terræ, de confuſione lingvarum & gentium usq; ad exitum Ebræorum ſcribitur.

Patet EXODUS cum decem plagis, cum decalogo cum myſticis diviniſq; præceptis.

In promptu eſt LEVITICUS liber, in quo ſingula ſacrificia, imo ſingulæ pene ſyllabæ, & veſtes Aron & totus ordo Leviticus ſpirant cœleſtia ſacramenta.

NUMERI verò nonne totius Arithmeticæ & prophetiæ Balaam & quadraginta duarum per Eremum manſionum myſteria continent?

DEUTERONOMIUM quoq; ſecunda Lex & Evangelicæ Legis præfiguratio nonne ſic ea habet quæ priora ſunt, ut tamen nova ſint omnia de veteribus.

EUSEBIUS.

MOſes, inter omnes Prophetas maximè admirandus, cum utramq; Salvatoris noſtri JESU CHRISTI appellationem, divino Spiritu inſtituente, cognitam haberet, duobus Regiis diadematibus eos qui apud ſe omnium eſſent principum præſtantiſſimi, decoravit. Nam duobus principibus ac Ducibus populi Pontifici Aroni & ſucceſſori ſuo Hoſeæ appellationes novas peculiaresq; tribuit: Aronem nominavit Chriſtum (Levit. 4, 3.) Hoſeam vero Jeſum. Hoc modo multo ante in ſcriptura Moſaica tam Jeſu quam Chriſti nomen reperitur expreſſum ac demonſtratum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

THEODORETUS.

Cur non Poetis & Philoſophis omnibus relictis ad Moſen Oceanum Theologiæ tranſimus, à quo, ut Poetice dicam fluvii omnes & maria omnia derivantur. Illinc enim & Anaxagoras & Pythagoras Platoq; poſt eos parva quædam Veritatis lumina deſumſerunt. Moſes vero nequaquam ſeqvutus hominum rationes, ſicut illi fecerunt, ſed clariſſima voce Dei perdoctus, Theologiam nobis conſcripſit.

Legatur Præfatio D. Martini Lutheri in Vetus Teſtamentum Tom. 3. Jen. Lat. à fol. 66. ad 70. Et Inſtructio quomodo & quo fructu Libri Moſ. à Chriſtianis legendi à fol. 70. ad 76. Item Commentarius in Geneſin fontem Librorum Propheticorum & Apoſtolicorum, pleniſſimus ſalutaris & Chriſtianæ eruditionis Tom. 6. VVitt. Lat. Et in Deuteron. Tom. 3. J.L. fol. 77. ſeq.

ORATIO AUGUSTINI.

Domine Deus lux cæcorum & virtus infirmorum ſtatimq; lux videntium & virtus fortium intende Orationi meæ & miſericordia tua exaudiat deſiderium meum. Sint caſtæ deliciæ meæ Scripturæ tuæ, nec fallar ex eis nec fallam in eis. Placeat in conſpectu miſericordiæ tuæ invenire me gratiam ante te ut aperiantur pulſanti mihi interiora ſermonum tuorum. Obſecro te per Dominum noſtrum Filium tuum qui ſedet ad dexteram tuam & interpellat pro nobis, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, Ipſum quæro in libris tuis, Moſes de illo ſcripſit, Hoc ipſe ait, hoc veritas ait.

Magni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Magnifico perilluſtri & ſtrenuo
VIRO,

Dn. CHRISTIANO THOM. Dn. de Stougaard &c.

Sereniſs. Daniæ, Norvegiæ &c. Regis
CHRISTIANI IV. Cancellario,
Eqviti aurato & Senatori prudentiſſimo,
Patrono meo humilimè
colendo.

TAntum eſt Ordinis decus, Magnifice Dn. Cancellarie, tanta utilitas, tanta in omnibus rebus neceſſitas, ut ſine eo denſiſsimis ignorantiæ tenebris obnubilemur, & intricatiſsimis confuſionis labyrinthis implicemur. Quantoperè ſolliciti ſunt Duces militiæ, ut commodiſsima fiat in prælio aciei ordinatio? Quàm accuratè artifices ideam operis animo imprimere, eamq; typicè delineare ſolent, antequam manũ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

ei admoveant? Quàm firmiter & ordinatè iidem ſtructuram ſtabili fundamento innixã, parietum ambitu, & tecti operimento compingunt? Quantâ induſtriâ occupantur eruditi, in concinnandis præceptis Methodicis omnium diſciplinarum humaniorum? Equidem ſine ordine nulla vel perſpicua docendi, vel fructuoſa diſcendi ratio tradi poteſt: Ordinis autem beneficio diſciplinæ quævis & facilimè percipiuntur, & firmiſſimè retinentur. Quodſi præcepta de rebus humanis ex lumine naturæ, quæ tantum mortalis vitæ felicitatem præbent, tanta perſpicuitate proponuntur tantaq; cupiditate ediſcuntur: Rectius & utilius Sacræ ſcripturæ Oracula & Myſteria divina, quæ nos ad æternam ſalutem perducunt, compendiis includenda & indeſinenter revolvenda. Hæc cordibus & animis infigenda, oculis & manibus alliganda, poſtibus & portis inſcribenda. Hæc animas convertunt, ſapientiam ſuppeditant, oculos illuminant, corda lætificant. Hæc deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum, dulciora melle & favo. Hæc demonſtrant nobis credenda & agenda, ut piè vivere & tranquillè mori poſſimus, & ita reddamur ſapientes prudentes & beati heic & in æternum. Maximè autem

ad-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

admirari debemus ſummum totius ſacræ ſcripturæ conſenſum, omniumq́ ejus partium harmoniam & concatenationem, ideoq́ magnoperè allaborandum, ut rectè ſecetur ſermo veritatis, & ὑποτύπωσις ὑγιαινόντων λογων ordine perſpicuo proponatur, omniumq́ oculis & captui exponatur. In ejusmodi ὀρθοτομία retinendus eſt ordo à Spiritu Sancto propoſitus: retinenda ἀναλογία Fidei & perpetua ſcripturæ ſententia. Auferendus eſt ſenſus è Scripturis ſacris, non in illas è præconceptis opinionibus inferendus. Addiſcenda eſt indoles Dictionis ſcripturæ & integræ phraſeos. Conſideranda eſt ſeries antecedentium & conſequentium, quoniam partes ſingulæ ſibi invicem connexæ, ad unũ finem tendunt. Hæc ſcripta, ut credamus Jeſum eſſe Chriſtum Dei Filium, & ut credentes vitam habeamus per nomen ejus. Scriptura ſacra ſimilis eſt aureæ Catenæ harmonico nexu firmiſſimè colligatæ, continenti theſaurum J. Ch. Contextui igitur Biblico veluti cynoſuræ adhærendum, & ad certa membra veluti ſtatuas Mercuriales reſpiciendum.

Quocirca breve & perſpicuum hoc Compendium Moſaicum, lectioni, uſui & memoriæ biblicæ ſtudioſè accommodatum concinnavi, pro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

faciendo Temporis, chartæ & ſtudiorum Compendio, ut τύπος διδαχῆς ſive idea Textus Biblici oculis ſubjiciatur, & memoriæ infigatur.

Patrocinium autem opuſculi hujus quæſiturus, cum verecundia accedo Illuſtrem T. Magnificentiam, Heros Generoſe, qui incomparabili prudentia, ſapientia, aliisq; dotibus fulgidiſsimè emines, quiq; Literarum & Literatorum Patronus & Conſervatores clementiſsimus, atq; ſub Clementiæ Tuæ clypeo, humili & demiſſo ſtudio has διατυπώσεις Pentateuchi uſui Juventutis literariæ Conſecro, officioſè petens ut I. T. M. hanc ſubjectiſsimi ſtudii ſignificationem clementer accipiat & benignè interpretetur. DEus benigniſsimus I. T. Magnificentiam in Eccleſiæ tutelam Reipublicæ medelam omniumq; bonorum Clientelam diutiſsimè incolumem & florentem conſervet, omniq; benedictionum genere cumulatiſsimè ornet & augeat. Ex Stockmarck in Lolandia 1. Maji 1641.

Illuſtri T. Magnific.

Subjectiſs.

GEORG. THEOPHIL. Sadolinus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SALUTEM IN CHRISTO JESU perennem.

REverende & Clariſſime vir, Domine Magiſter GEORGI SADOLINE, amice honoratiſſime; remitto jam tandem librum tuum, qvem magnâ ſui parte perlegi. Deprehendi te ſingula exacte perſeqvi, etiam minima, in ipſis Partitionibus, quas percurri ab initio ad finem.

Diſtribuis in certa capita, membra & partes, tum res geſtas Patriarcharum & populi, tum Leges & ritus Iſraelitis à DEO per Moſen traditos; qvæ opera memoriam eorum, qvi ipſi ſacrum textum diligenter legunt, inſigniter juvabit. Indicas piè & ſobriè, qvomodo vitæ & res geſtæ Patriarcharum, qvomodo etiam vaſa atq; inſtrumenta ſacra, nec non ipſa ſacrificia & reliqvi ritus, typi fuerint Chriſti, patribus olim promiſſi, poſt autem in plenitudine temporis in carne exhibiti: qvæ meditatio ut magnam parit in piorum animis delectationem, ita certitudinem ſacrarum ſcripturarum mirificè confirmat. Præter hæc Chronologiæ rationem breviter oſtendis, qvod jucundum & utile eſt. Dignus ſane labor,

qvi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

qvi publicam lucem inprimis videat, Studioſis ſacræ Theologiæ plurimum inſerviturus.

Interea ſalve, Rev. & Clariſſime Vir, & vale in CHRISTO JESU feliciſſimè, Deoque & Eccleſiæ ipſius, ſtrenuè operare. Uxorem tuam lectiſſ. cum communibus noſtris affinibus & amicis plurimum & perqvam officioſè à me ſaluta. Hafn. 24 Auguſti 1641.

T.

NICOLAUS PAULI
Scandorphius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Viro Reverendo Clariſſimo,

Dn. M. GEORGIO THEOPHILI SADOLINO, Eccleſiaſtæ Stochemarcenſi, Collegii auſtralis in Lolandia προεστῶτι religioſiſs. Amico intimo Compendium biblicum edenti ita gratulatur.

Ἀρχιγένεθλος Ἀδὰμ χθόνα ἠδ᾽ ἐριθηλέα κῆπον
Πρῶτα Γεωργήσων θάνατον στονόεντα φύτευσε.
Χριστὸς δ᾽ αὖ νεκυοσσόος ἦλθε Γέωργος ἀμείνων
Ἄφθαρτον καὶ ζῶντα θεοῦ σπείρων σπόρον ἄλλον·
Τῷ σὺ, Γεώργι᾽ ἄληκτα Θεῷ περὶ κῆρι φίλιστε
Ξυμπονέεις, φωνῇ τε γραφῇ τε Γέωργος ἀμύμων.
Νὴ Δία τόνδε, βάρει μικρὸν, χρήσει δὲ μέγιστον,
Εὐεργῆ θύλακον, χωροῦντα ἀκήρατον ὄλβον
Ἄσπαστον πόρτας, κλέος εὐρὺ καὶ ἄφθιτον ἕξεις.
Βῆθι ἴμμι Σωτῆρι συνεργῶν δηθὰ Γεώργῳ·
Ὀτρηρῇ γεγονὼς κείνου σπουδῆφι Γέωργος
Ζείδωρον ζαθέῳ μετ᾽ Ὀλύμπῳ καρπὸν ἀμήσῃς.

LAURENTIUS PETRÆUS
Eccl. Nycopienſis.

NOn opus, aut labor eſt multis deſcribere pauca:
Multa ubi verba ſonant, res referenda tacet.
Hoc opus, hic labor eſt paucis comprēndere multa,
Dantur ubi verbis res graviore ſono.

Hoc

Hoc opus, hunc exantlâſti Sadoline laborem,
Sive ſoluta tibi, ſive ligata placent.
Macte bonis ſtudiis, non verbis inde, ſed amplis
Debetur ſummus jam tibi rebus honor.

CLAUDIUS JANI *Wardeb.*

Dn. M. GEORG. THEOPHIL. SADOLINO, Præpoſito & Paſtori in Stokmarck, Synopſin biblicam edenti fratri ſuo cariſs.

MI Frater patiens tuleras diſcrimina rerum:
IHOVA tibi vindex præſidiumq; fuit.
Lectio Scripturæ placuit tibi tempore duro,
Prævalet in cunctis hæc medicina malis.
Biblica demonſtrant Compendia ſedulitatem
Quæ brevitas probat, & lux hodierna videt.
Pergito; poſteritas laudabit te Sadolinum,
Fama tuum clarum nomen ad aſtra vehet.

JOHANNES THEOPHIL. Sadolinus,
Paſtor in Horbelóf.

PRÆ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

PROOEMIUM.

Æ*Ternus & Omnipotens Deus manifeſtavit hominibus in imagine ſua creatis voluntatem ſuam multis vicibus & variis modis, ſæpe per mutua ipſius cum patribus colloquia, ſæpe per viſiones dormientibus vel vigilantibus immiſſas, interdum per miraculum ignis cælitus demiſſi ſacrificia abſumentis, interdum per alia miracula. Poſtea in literas relata eſt voluntas* DEI *propter multiplicationem familiarum, amplitudinem locorum, memoriæ imbecillitatem, brevitatem vitæ, Meſſiæ promiſſionem & diaboli ac pſeudodoctorum malignitatem. Eſt igitur ſacra ſcriptura Epiſtola* DEI *revelans nobis divinã Eſſentiam & voluntatem.*

Amanuenſes ſunt Sancti DEI *homines qui acti â Spiritu Sancto loqvuti ſunt. Scopus totius Scripturæ eſt* CHRISTUS JESUS *ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τȣ̃ πα-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

τρὸς, Α καὶ Ω ἀρχὴ καὶ τέλος, λόγος *æternus,* ζωὴ, φῶς, τέλος νόμου, *Immanuel,* θεάνθρωπος, *Eccleſiæ Sponſus, caput, Rex, Propheta, Sacerdos, Unus* μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος χριστὸς Ἰησοῦς ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. *Huic omnes Prophetæ teſtimonium dant remiſsionem peccatorum accepturum per nomen ejus quemvis qui crediderit in eum.*

Primus autem oraculorum divinorum Scriptor fuit Moſes, potens dictis & factis, Servus in domo Dei fideliſsimus, cui Deus ore ad os loqvutus eſt, cuiq; Decalogum tabulis lapideis divinitus inſcriptum tradidit, & eloquia ſua deſcribenda demandavit. Non ſurrexit Propheta ultra ſicut Moſes quem noſſet Jehova facie ad faciem. Is fuit Doctor Prophetarum & Apoſtolorum, Dux fortiſsimus, Legislator ſapientiſsimus, Teſtis de Meſsia digniſsimus, at-
teſtante ipſo Chriſto: Si crederetis Moſi,
Joh. 5, 46. *crederetis mihi, de me enim ille ſcripſit.*
Lu. 9, 31 *Paulo ante paſsionem Chriſti, Moſes*

&

& Elias in monte viſi in gloria dicebant
ἔξοδον ſeu mortem Chriſti. Poſt reſurre-
ctionem ſuam dixit Chriſtus diſcipulis:
Oportet impleri omnia quæ ſcripta ſunt Luc.24,
in LEGE MOSIS & Prophetis & Pſal- 44.
mis de me.

Mentionem Moſis fecerunt Joſua c. 22, 4. Samuel 1. Sam. 2, 6. David Pſ. 103, 7. Salomon 1. Reg. 8, 53. Eſaias c. 63, 11. 12. Jeremias c. 51, 1. Daniel 9, 11. 13. Malachias 4, 4. Johannes Evangel. 1, 17. Petrus Act. 3, 22. Paulus Act. 26, 22. Encomion Moſis extat Siracidis c. 44. à v. 1. ad 10. Act. 7. à v. 20. ad 39. Ebr. 11. à 23. ad 29.

Scriptum Moſaicum appellatur Liber fœderis Exod. 24, 7. Liber Legis Joſ. 1, 8. Volumen Libri Pſ. 40, 8.

Titulus præfigitur חֲמִשָּׁה חוּמְשֵׁי תוֹרָה quinq; quinquerniones Legis ſive Πεντάτευχος i. e. volumen quinq; partitum. Ebræi denominant Quinq; Libros Moſis à vocibus initialibus.

LIBER PRIMUS

EBr. Bereſchit, Gr. Γένεσις expo-
nens generationes Cœli & Ter-
ræ: Πίστει νοοῦμεν κατηρτίσθαι τοὺς
Ebr.11,3 αἰῶνας ῥήματι θεοῦ εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινο-
μένων τὰ βλεπόμενα γεγονέναι. Eſt Janua
Mundi majeſtatem Creatoris Solius VERI
DEI hominibus oſtendens. Docet origi-
nem Mundi, Temporis, Creaturarũ, Con-
jugii, Peccati, Eccleſiæ, artium, lingvarum,
familiarum, gentium & politiarum. Pro-
ponit pœnas peccatorum per diluvium,
deſtructionem & Incendium Sodomæ. A-
git de electione populi DEI & deſcenſu ejus
in Ægyptum. Demonſtrat venturum Meſ-
ſiam patribus promiſſum. Abrahamo e-
nim dictæ ſunt promiſſiones & Semini
Gal.3,15 ejus Non dicit Et ſeminibus ut de multis,
ſed ut de uno, Et ſemini Tuo qui eſt Chri-
Gen,3,15 ſtus. Ille eſt Semen mulieris conterens ca-
put ſerpentis: Semen benedictum in QVO
c.22,18. omnes gentes terræ benedicendæ: Vir lu-
c.32. ctatus cũ Jacobo benedicens ei: Angelꝰ eri-
c.48,16. piens eum ab omni malo: promiſſus Siloh
c.49,10. ligans ad vitem pullum ſuum & lavans in
11. vino ſtolam ſuam. Chronologia monſtrat
annos 2310. à condito Mundo ad mortem
Joſephi. Par-

Partes ſunt Sex ſecundum hiſtoriam ſex
Patriarcharum, videl. ADAMI c.1,5. NOA-
CHI, 6,11. ABRAHAMI, 12, 23. ISAACI,
24,28- JACOBI,-28,36. & JOSEPHI, 37,50.

ADAM terreus ὁ πρῶτος ἄνθρωπος
ἐκ γῆς χοϊκὸς fuit Typus Chriſti qui Κύ-
ριος ἐξ οὐρανοῦ. Adam conditus in imagi-
ne Dei, Creaturarum Dominus, cuſtos pa-
radiſi, imponens animalib⁹ nomina: CHRI- Col.1,15
STUS ſubſtantialis Imago Patris, Rex Re-
gum & Dominus dominantium, Cuſtos
Eccleſiæ, factus nobis à Deo ſapientia Ju-
ſtitia ſanctificatio & Redemptio, confert Ap.2,17
nobis novum nomen. Ex Adami dormi-
entis coſta, ædificata eſt conjunx ejus, os ex
oſſibus & caro de carne ejus. Eccleſia eſt
myſticum Corpus Chriſti, ſponſa & con- Oſ.2,19. Eſa.54,5
junx ejus, os ex oſſibus & caro ex carne e- Epheſ.5,
jus. Ut per unum Adamum peccatum ir- 30.
repſit in mundum & per peccatum Mors Rom.5.
in omnes pertranſiit, quia omnes pecca-
verunt: Ita per unum Chriſtum inducta eſt
juſtitia, & vita omnibus regeneratis con-
ceſſa. Ab Adamo παράπτωμα, θάνα-
τος, κρῖμα εἰς κατάκριμα, βασιλεία
θανάτου: A Chriſto χάρισμα ἐκ πολλῶν
παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα, δικαίωσις
ζωῆς, περισσεία χάριτος καὶ δωρεᾶς δι-

καιοσύνης ἐν ζωῇ Chriſtus igitur eſt longè potentior ad ſervandum, quàm Adam fuit ad perdendum. Et obedientia Chriſti fuit multò effacior ad conferendam vitam, quàm Adami transgreſſio ad inducendam mortem. Sicut igitur geſtavimus Imaginem Adami terreni; Sic geſtabimus imaginem cœleſtis Adami Chriſti habitantis per fidem in cordibus noſtris, cujus νοῦν habebimus & ὑπογραμμὸν ſequemur, donec transformet corpus noſtrum humile, & conforme reddat corpori ſuo glorioſo ſecundum ἐνέργειαν quâ poteſt ſibi ſubjicere omnia.

Noach conſolator fuit Typus Chriſti qui ad ſe vocat omnes κοπιοῦντας καὶ πεφορτισμένους ut inveniant ἀνάπαυσιν animabus ſuis. Noachus præco juſtitiæ invenit gratiam coram Deo, ædificavit Arcam quâ familiam ſuam ſervavit & Mundum condemnavit, obtulit ſacrificium Deo acceptum, admonitus de ceſſatione diluvii per folium olivæ à columba allatum, & de
Ebr.11,7 Fœdere gratiæ per Iridem, factus κληρονόμος τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης; inventus
Sir. 44. juſtus, cui in tempore iræ obtigit præmiũ. Christus eſt Jehova juſtitia noſtra, plenus gratiæ & veritatis, ex cujus plenitu-

dĩne

dine omnes accepimus & gratiam pro gratia, &c.

Abram Pater Excelſus, dictus Abraham, pater magnæ multitudinis & multarum gentium in Chriſtum credentiũ. Cre- Rom. 4.
didit Deo & imputatum eſt ei ad Juſtitiam. Credidit παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι εἰς τὸ γίνεσθαι αὐτὸν πατέρα πολλῶν ἔθνων, ἐνεδυναμώθη τῇ πίστει δοὺς δόξαν τῷ θεῷ; καὶ πληροφορηθεὶς ὅτι ὃ ἐπήγγελται δυνατός
ἐστι καὶ ποιῆσαι. Vidit diem Chriſti i.e. In- Johan. 8.
carnationem ſeminis benedicti fide apprehendit & gaviſus eſt. Chriſtum Angelum Magnũ ſibi in forma Viri cum duobus angelis creatis itidem formam Virorum geſtantibus apparentem, cognovit eſſe Jehovam omniſciũ omnipotentem & Judicem totius Mundi & pro Sodomitis apud eum interceſſit. Per fidem commoratus in ta- Ebr. 11.
bernaculis in terra promiſſa ut aliena, expectans civitatem ſtabilem & perpetuam unde nunquam eſſet depellendus, cujus artifex & conditor eſſet Deus merces clipeus
& habitaculum credentiũ. Abraham ma- Sir. 44.
gnus pater multitudinis Gentium, nec extitit ei gloria ſimilis. Is ſervavit legem altiſſimi & in pacto cum eo permanſit. Ratũ effecit in corpore ſuo pactũ & in tentatio-

ne fidelis inventus eſt. Quapropter confir-
matũ eſt ei jurejurando gentes per Semen
ejus beandas eſſe, ipſumq; inſtar terreni
pulveris multiplicandum, atq; poſteros
ejus inſtar ſtellarum exaltandos & à mari
ad mare ſedes habituros.

Isaac filius promiſſionis, Immolatus,
ex aſſe hæres, Typus Chriſti Filii Dei unige-
niti, qui factus obediens Patri ad mortem
Crucis, & hæres omnium. Per fidem de fu-
Hb.11,20 turis benedixit Iſaac Jacobo & Eſavo.

Jacob profecturus in Meſopotamiam
vidit ſcalam attingentem unâ extremitate
terram, alterâ cœlum. Chriſtus eſt verus
Deus & verus Homo in una indiviſa ὑπο-
στάσει: Nemo venit ad Patrem niſi per eum.
Eſt via veritas & vita, i. e. vera via vitæ. Vi-
debitis inquit cœlum apertum & angelos
Dei aſcendentes & deſcendentes ſuper Fi-
lium Hominis. Rediturus in Canaan lu-
ctatus eſt cum viro i. e. Filio Dei per inte-
gram noctem, à quo impetravit exoriente
aurora benedictionem & nomen glorio-
ſum. Vocatus eſt enim Iſrael i. e. victor Dei.
Cognovit tempus adventus Siloh & Incar-
nationis Meſſiæ poſt remotionem ſceptri à
Apo.5,5 tribu Juda. Ecce vicit Leo ille ex tribu Ju-
da, ſtirps Davidis.

Jo-

JOSEPH fuit Typus CHRISTI Tum in ſtatu Exinanitionis: Ut Joſeph cariſſimus patri ablegatus ad fratres, â quibus tunica ſpoliatus & venditus, poſtea abductus in Ægyptum & incarceratus. Sic CHRISTUS Filius Dei dilectus, miſſus in Mundum, venditus à Juda, exutus tunica corporali per mortem crucis, depoſitus in ſepulcro &c. Tum Exaltationis: Ut Joſeph ex Carcere exaltatus ad præfecturam Ægypti, vocatus Expoſitor Abſconditorum, confirmatus à R. Pharone variis dignitatibus, advocans totam familiam ſuam: Sic Chriſtus Reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cœlos, ſedit ad dextram Dei, ὅς ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν. Deus ipſum ὑπερύψωσε καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ ὄνομα ὑπὲρ πᾶν ἴνομα ut in nomine Jeſu omne genu ſe flectat cœleſtium terreſtrium & ſubterraneorũ, Omnisq; lingva confiteatur Dominum eſſe Jeſum Chriſtum ad gloriam DEI Patris. Pater, inquit Chriſtus, volo ut ubi ſum ego & illi ſint mecum quos dediſti mihi ut videant gloriam meam quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conditum Mundum.

Phil. 2, 9.

Joh. 17.

SCHEMATISM.
GENESEOS.

I. DE ADAMO. CAP.

- ADAMI
  - CREATIO cujus cauſa — I.
    - Efficiens Jehova Elohim.
    - Materialis
      - Macrocoſmus
      - Microcoſmus.
    - Formalis per divinã approbationem.
    - Finalis — 2.
      - Celebratio Dei per ſabbatũ.
      - Cognitio Hominis quoad
        - Corpus
        - Animã.
  - STATUS
    - Innocẽtiæ, quo pertinent
      - Domiciliũ i.e. paradiſus cujus
        - Arbores
          - Vitæ
          - Scientiæ.
        - Fluvii quatuor
        - Cultura & cuſtodia.
      - Religio de non comedendo fructu arboris ſcientiæ.
      - Conjugium inter Adamũ & Evam ex coſta ejus divinitus ædificatam.
      - Innocentia ſeu nuditas ſine pudore.
    - Peccati, quo ſpectant — 3.
      - Lapſus
      - Accuſatio
      - Pœna.
    - Gratiæ per Protevangelium.
  - Filii, Cain, Abel, Seth &c. — 4.
  - Poſteri ad diluvium. — 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

II. DE NOACHO.

Conſideranda in NOACHI HISTORIA

- Ante diluvium
  - Triga filiorũ, Semi, Chami & Japheti.
  - Doctrinæ ſinceritas in arguendis peccatis. 6.
  - Vitæ Integritas.
  - Obedientia mandatorũ Dei quoad
    - Arcã extruendã
    - Ingreſſum in eam
- In Arca, Diluvii
  - Incrementum per aquarũ
    - originem ex fontibus & cataractis cœli. 7.
    - altitudinem ſupra montes.
    - effectũ, deletionem hominum & animantiũ.
  - Deerementũ cujus
    - Cauſæ
      - agitatio venti. 8.
      - clauſura fontiũ & cataractarum
      - reditus aquarũ ad ſuũ principium.
    - Signa
      - quies arcæ.
      - apparitio cacuminum montium
      - Emiſſio Corvi & triũ Columbarum
- Poſt diluvium
  - Sacrificium.
  - Confirmatio per Iridem. 9.
  - Plantatio Vineæ.
  - Prophetia divina.
  - Poſteritas diſperſa ſuper terrã propter confuſionem lingvarum factam in ædificatione turris Babel. 10. 11.

III. DE

III. DE ABRAHAMO.

In hiſtoria Patriarchæ hujus notanda Acta dum vocabatur

- ABRAM
  - Peregrinatio ex
    - Ur in Haran.
    - Haran in Canan. 12.
    - Canan in Ægyptum.
    - Ægypto in Canan. 13.
  - Manſvetudo erga Lothum.
  - Confirmatio per apparit. Dei promittentis multiplicationem poſteritatis inſtar pulveris. 14.
  - Victoria ſuper 4. Reges Aſſyriorum & triumphus.
  - Confirmatio per promiſſionem de Filio, poſteritate inſtar ſtellarum & poſſeſſione Canan. 15.
  - Bigamia: Ex Hagar natus Iſmael. 16.
- ABRAHAM
  - Circumciſio. 17.
  - Exceptio hoſpitũ quorũ 18.
    - Invitatio
    - tractatio
    - colloquiũ.
  - Interceſſio pro Sodomitis quorum 19.
    - Impietas
    - Excidiũ.
  - Raptus Saræ ab Abimelecho, 20
  - Nativitas Iſaci filii promiſſionis. 21.
  - Ejectio Ismaelis cum Hagare.
  - Fœdus cum Abimelecho.
  - Immolatio Iſaci per 22.
    - Protaſin
    - Epitaſin
    - Cataſtrophē.
  - Sepultura Saræ. 23.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

IV. DE ISACO.

ISACI

- Conjugiū cujus circumſtantiæ
  - Inſtructio & iter ſervi. — 24.
  - Occurſus Rebeccæ.
  - Introductio ſervi in domum Bethuelis.
  - Conſenſus parentum & Virginis.
  - Aduentus Rebeccæ ad Iſacum.
- Hæreditas, dum præcipuorum bonorum Abrahami hæres conſtitutus eſt. — 25.
- Filii gemelli, Eſau & Jacob quorum
  - Conceptio
  - Nativitas
  - Educatio.
- Peregrinationes
  - ad R. Abimelechum. — 26.
  - ad torrentem Gerar.
  - ad puteum Rechobot.
  - in Berſeba.
- Teſtamentaria Benedictio Jacobo collata cujus Membra
  - Conſilium Iſaci de benedicendo Eſavo. — 27.
  - Conſilium Rebeccæ de benedic. Jacobo.
  - Benedictio Jacobi
    - Oeconomica
    - Politica
    - Eccleſiaſtica.
  - Benedictio Eſavi ſecundaria.
  - Ablegatio Jacobi ad Labanum. — 28.

V. DE

V. DE JACOBO.

- **JACOBI**
  - Iter ad Labanũ: Itineris Acta
    - In Canan
      - Viſio ſcalæ in ſomnio.
      - Cõfeſſio de porta cœli.
      - Votum.
    - Prope Haran apud puteum, Colloquiũ cum
      - Paſtoribus 29.
      - Rachele.
  - Commoratio apud Labanũ cujus Acta
    - Nuptiarum celebratio cum Lea & Rachel.
    - Liberi ſuſcepti ex uxorib. & ancill. 30
    - Pactum de Mercede.
    - Divitiæ per multiplicationem pecudũ.
    - Deliberatio cum uxoribus de reditu in patriam. 31
  - Reditus in patriã in quo cõſid.
    - Clancularius diſceſſus.
    - Acta in Gilead inter Lab. & Jac.
    - Legatio gemina ad Eſavum. 32
    - Lucta cum Angelo.
    - Reconciliatio Eſavi & Jacobi. 33.
  - Commoratio & Migratio in Canan
    - In Suchot.
    - Prope Sichem ubi Dina ſtuprata. 34.
    - In Betel. 35.
    - In via verſus Ephratam.
    - Trans turrim Eder.
    - In Hebron. 36.
  - Fratris Eſavi poſteritas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

PARS VI. DE JOSEPHO.

JOSEPHI SORS

- *Adverſa*
  - *Venditio per*
    - *Fratres.* 37.
    - *Mercatores.*
  - *Inceſtus fratris Judæ.* 38.
  - *Servitus & tentatio ad libidinem.* 39.
  - *Incarceratio.* 40
- *Proſpera;*
  - *Eductio ex carcere & Interpretatio ſomniorum Regis* 41.
  - *Vocatio ad præfecturam Regiam per ſolennem inaugurationem.*
  - *Filii, Manaſſe & Ephraim.*
  - *Prudentia in diſtribuenda annona tempore famis quæ fuit occaſio deſcenſus fratrum ejus*
    - *Prioris absq; Benjamino.* 42
    - *Poſterioris cum Benjamino cujus*
      - *Protaſis per colloquiũ & convivium Joſephi cum fratribus.* 43.
      - *Epitaſis triſtis propter inventum ſcyphum in ſacco Benj.* 44
      - *Cataſtrophe læta propter agnitionem Joſephi.* 45.
  - *Benevolentia erga*
    - *Totam familiam advocatam, per* 46
      conceſſam habitationem in Goſen 47
      & ſuſtentationem.
    - *Patrẽ*
      - *vivum benedicentẽ*
        - *nepotib. Ephraimo & Manaſſi* 48
        - *XII Filiis.* 49
      - *mortuum, per ſepulturam in Canan.* 50.

GENE-

GENESEOS
PARS PRIMA DE ADAMO.

SECTIO I.
DE ADAMI CREATIONE.

CREATIONIS CAUSA EFFICIENS eſt JEHOVAH ELOHIM, *DEUS æternus infinitus omnipotens optimus & ſapientiſſimus, unus eſſentia, trinus perſonis, Pater creans, Verbum Dicens & Spiritus Sanctus fovens creaturas.* Ἐξ αὐτοῦ δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν πάντα, Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

MATERIALIS, Macrocoſmus & Microcoſmus.

Macrocoſmus conditus ex rudi mole: Cujus molis *materia* fuit *Nihilum*, unde illa creata divinitus: *attributa* videlicet *torpor, tenebroſitas, & thohu vabohu* i. e. inanitas & vacuitas ſublata per Ruach merachephet ſpiritum incubantem aquis, Lucis productionem, & Corporum diſtinctionem ac exornationem ſex diebus factam.

CAP. I. *DIE primo diſtincta Lux à* tenebris CAP. I, 1. 5. *Secundo, Aquæ ſuperiores* ab inferioribus per rachia expanſionem. 6, 8. *Tertio, Terra ab aquis*, & ornata terra graminibus, herbis & arboribus. 11, 13. *Quarto, ornabatur Cœlum Sole, Luna & Stellis*, 14, 19. *Quinto, aqua piſcibus,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

bus, aërq; volucribus, 20, 23. *Sexto, Terra jumentis*, vermibus & feris, 24, 25.

Microcoſmus ſive Homo die ſexto Creatus in Imagine, & ad ſimilitudinem DEI, prædītus mentis ſcientiâ, voluntatis ſanctimoniâ, ſenſuum & membrorum integritate, dominio in Creaturas, benedictione, multiplicatione, 26. 28. victu ex herbis & fructibus arboreis, 29. item ſuſtentatione animantium ex herbis, 30.

FORMALIS *indicatur divinâ approbatione* omnium operum creatorum, quæ erant valde bona, 31. Quæ forma explicatur perfectione cœli & terræ, quæ aërem & aquas comprehendunt, & omnis exercitus illorum, ſive creaturarum copiæ & ordinatæ collocationis CAP. II, 1. CAP. II.

FINALIS *complectitur*, *α Celebrationem Dei*, per ſeptimi diei ſive ſabbati divinitus benedicti ſanctificationem, 2. 3. *β Utilitatem, Mundi formâ* ejus primâ deſignatam, 4. 6. *γ Cognitionem Hominis, quæ* extrui poteſt ex origine ejus, quoad Corpus divinitus formatum ex pulvere terræ, & animam divinitus ex nihilo creatam & corpori inſpiratam, 7.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SECTIO II.

DE STATU INNOCENTIÆ, *peccati, & Gratiæ.*

AD *ſtatum innocentiæ* pertinet primorum parentum.

I. *DOMICILIUM, Paradiſus* ſive hortus in Eden divinitus plantatus, 8. Cujus *Horti attributa, α Arbores delectabiles* & in cibum commodæ: Duæ verò arbores peculiariter recenſentur, vid. Arbor vitæ & arbor ſcientiæ boni & mali, 9. *β Fluvii* quatuor 10. Piſchon, 11.12. Gichon, 13. Chiddekel & Phrat, 14. *γ cultura & cuſtodia*, 15.

II. *Religio*, propoſita per præceptum, ut Homo omnibus ad victum neceſſariis gaudens, 16. ab uſu. Unius arboris ſcientiæ abſtineret, additâ Comminatione mortis ſi Homo præceptum violaret, 17.

III. *CONJUGIUM.* Formationem fœminæ ex coſta Adami dormientis, divinitus præmiſsâ deliberatione ædificatæ, ſequitur Copulatio, dum ea divinitus adducta viro, 18, 22. appellata eſt אִשָּׁה ſeu viriſſa 23. additis legibus matrimonialibus, 24.

IV. *INNOCENTIA*, dum nudi erant ſine pudore, gaudentes animi tranquillitate, & corporis perfectione, nullis injuriis obnoxii, 25.

Ad

Ad ſtatum peccati pertinet.

I. *Lapſus*, in quo Conſideratur, *α Diabolus* ſerpentem invadens,& mulierem decipiens Cap. III. 1. 5. *β Mulier*, fructum de arbore vetita decerpens & comedens. *γ Vir*, comedens etiam exhibitum fructum vetitum, 6. Cap. III

II. *Accuſatio*, tùm *Privata* Conſcientiæ, unde confuſio & aſſumtio foliorũ ficus, 7. item abſconſio inter arbores, 8: tùm *publica* per Cauſæ cognitionem, dum Adam occultans peccatum 9. 10, divinitus revelatum 11, dixit, mulierem ſibi dediſſe fructũ vetitum, 12. quæ ſe à ſerpente ſeductam eſſe Confeſſa eſt, 13.

III. *Pœna*, ſeu ſententia judicialis in ſerpentem, qui maledict⁹ & deorſum abjectus 14. & Diabolum, qui condemnatus, & victus per ſemen mulieris 15.

AD STATUM GRATIÆ ſpectat Protevangelium de ſemine mulieris J. Ch. contrituro caput ſerpentis, qui inſidiabitur calcaneo ejus -15.

AD utrumq; autem ſtatum, peccati, & gratiæ, pertinet,

I. *Crux temporalis impoſita*, tùm *mulieri*, vid. dolor partus, & ſubjectio ſub imperio Viri, 16; tùm *Viro*, videl. ſterilitas terræ 17. 18 - eſus herbarum agri - 18. labor 19-

II. *Mors* ſeu reſolutio corporis in pulverem - 19.

III. *Conſolatio ſub Cruce*, per appellationem mulieris, quæ vocata חַוָּה eò quòd futura mater viventium, 20.

IV. *Admonitio per ſigna lapſus*, qualia ſunt, veſtitus pelliceus, 21, reprehenſio divina 22, ejectio ex paradiſo, 23, Collocatio Cherubim ante paradiſum, 24.

SECTIO III.

DE LIBERIS ET POSTERIS Adami ad diluvium.

LIBERI ADAMI fuerunt:

I. *CAIN & ABEL*, quorum exercitium, ſacrificium, & conditio coram Deo con-
CAP. IV junctim annotantur C. IV, 1, 5 - *Separatim* vero indicatur (1) *Caini peccatum* triplex, *ira* - 5, propter quam divinitus reprehenſus, 6. 7, *blandities* & *fratricidium* 8. (2) *Abelis occiſi inquiſitio* 9, & ſangvinis clamor ad Deum 10. (3) *Caini pœna*, maledictio 11, exilium 12, ſtimulus conſcientiæ 14, ſignum in ipſo poſitum 15, habitatio in Nod 16. (4) *Poſteritas Cainica*, 17. 24.

II. *SETH in locum Abelis interfecti natus* 25. Setho autem natus Enos: Tunc ceptum eſt invocari nomen Domini, per verbi prædicatio-

cationem, publicè factâ reſtauratione cultus divini 25. Emphaticè autem generatio Sethi exprimitur: Adam enim creatus ad Imaginem Dei C. V, 1. 2. genuit Sethum ad imaginem ſuam, peccato corruptum, 3. CAP. V.

III. *FILII & FILIÆ poſt nativitatem* Sethi geniti 4. uſq; ad mortem Adami qui obiit an. æt. 930. 5.

POSTERI ADAM AD DILUVIUM, ſive patres Eccleſiæ recenſentur; Enos 6. 11, Kenan 12. 14, Malaleel 15. 17, Jared 18. 20, Enoch 21, 24, Mathuſalem 25. 27, Lamech & Noa 28. 31.

PARS SECUNDA DE NOACHO.

SECTIO I. *DE HISTORIA NOACHI ante diluvium.*

IN *hiſtoria Noachi ante diluvium* conſideretur.

I. *Triga filiorum*, vid. Semi, Chami & Japheti 32.

II. *Doctrinæ Sinceritas* & zelus in arguendis peccatis primi Mundi, qualia fuerunt *α*, *Libido* C. VI. 1. 2, *β*, *Contemptus* Miniſterii 3. *γ*, *Tyrannis* per gigantes 4. *δ*, *Omnis* CAP. VI

generis ſcelera, ex figmento cordis malo orta 5. quocirca Deus creaturas delere decrevit 6. 7.

III. *Vitæ integritas* 8. 12.

IV. *Obedientia* mandatorum DEI tùm quoad arcam extruendam, tùm quoad ingreſſum in eam.

Extructionis arcæ Efficiens principalis Deus 13. qui arcæ materiam 14. formam 15.16. & finem indicavit Noacho 17.21. à quo arcæ ædificatio perfecta eſt 22.

Ingreſſio in arcam ſimiliter juxta mandatum Dei facta eſt, dum Noachus an.æt.600 cum uxore, filiis, & filiorum uxoribus, cumq; animalibus utriusq; ſexus, item volatilibus & reptilibus ſponte advenienti-

CA.VII. bus, arcam ingreſſus eſt. C. VII, 1.9.

SECTIO II.
DE NOACHI IN ARCA Commoratione.

NOachus in arca Commoratus animadvertit diluvii tum Incrementum, tum decrementum.

In INCREMENTO Conſideretur (1) *Tempus* initii diluvii D. 17. M.11. an.æt. Noachi 600. 11- (2) *Origo aquarum* diffluentiũ ex fontibus abyſſi & cataractis cœli -11. per

dies

dies 40, 12. (3) *Conſervatio* hominum & animantium in arca 13. 16 - foris divinitus clausâ -16. (4) *Altitudo aquarum* ſuperantium montes XV cubitis, 17. 20. (5) *Effectus diluvii*, deletio hominum & animantium 21. 13. (6) *Duratio Incrementi* per Menſ. V. 24.

DECREMENTI diluvii proponuntur Cauſæ & Signa.

Cauſæ indicantur α, *agitatio* venti C. VIII. 1. β, *clauſura* fontium abyſſi & feneſtrarum cœli 2. γ, *reditus* aquarum ad ſuum principium 3. CA. IIX.

Signa ſunt (1) *Quies* arcæ ſuper Ararat. 4. (2) *Apparitio* cacuminum montium. 5. (3) *Emiſſio* corvi 6. 7. (4) *Emiſſio* trium columbarum 8. 12. (5) *Remotio* operculi arcæ & conſideratio terræ exſiccatæ 13. Hiſce ſignis ſubjungitur Noachi ex arca juxta mandatum Dei egreſſio 14. 19.

SECTIO III.
DE HISTORIA NOACHI *poſt diluvium.*

IN *hiſtoria Noachi poſt diluvium* occurrit ejus,

I. *Sacrificium* 20. cujus effectus odor ſvaviolens Deo 21-

II. *Confirmatio* facta divinitus per, α, *promiſſionem* Dei de conſervatione mundi -21. 22. β, *reſtaurationem* ſtatus Oeconomici, Cap. IX C. IX, 1. 4. γ, *conſtitutionem* politiæ & jus gladii 5. 7. δ, *pactum* Dei 8. 11. cujus ſignum *Iris* deſcripta 12. 17. & propoſita poſteris 18. 19.

III. *Cura domeſtica* quoad culturam terræ & plantationem vineæ 20.

IV. *Imbecillitas & lapſus* in ebrietatem 21. unde conſeqvuta petulantia Chami 22. & reverentia Semi & Japheti 23.

V. *Prophetia divina*, quâ Noachus evigilans prædixit Canaan filio, Chami maledictionem & ſervitutem 24. 25. Semo promiſſionem ſeminis benedicti 26. & Japheth ac poſteris ejus habitationem in tabernaculis Semi 27.

VI. *Mors* an æt. 950. 28. 29.

VII. *Poſteritas*. Poſterorum Noachi catalogus, diſperſio, & cauſa diſperſionis recenſentur.

Cap. X. Filiorum Japheti Catalogus C. X, 1. 4. & diſperſio per Inſulas gentium 5.

Filiorum Chami Catalogus 6. 18. & diſperſio 19. 20.

Filiorum Semi (patris filiorum Eber 12) Catalogus 22. 30. & diſperſio 31.

Cau-

Cauſa autem diſperſionis familiarum ſuper terram 32. erat *Ædificatio turris Babilonicæ,* in qua conſideretur Chamitarum. I. *Peccati occaſio triplex, α Uſus unius generis ſermonis* vid. *Ebræi* C.XI, 1. *β Profectio* Chamitarum ex Oriente in Sinear 2. *γ Inventio artificii* latericii 3. CAP. XI

II. *Peccatum vid.* Contemptus Dei, ambitio, & tyrannis, unde turrim, cujus caput cœlum contingeret, ædificare allaborarunt 4.

III. *Pœna divinitus inflicta* vid. confuſio lingvarum & diſperſio ſuper terram 5.8. unde appellatio loci, Babel 9. Interea eſt ſervata integra lingva Ebræa in familia Eberi, quæ factioni Chamitarum non intererat; Cui familiæ Promiſſio Seminis benedicti alligata erat, ideoq; *Genealogia* à Semo ad Abramum talis eſt: Sem 10. 11. Arphaxad 12. 13. Sela 14. 15. Eber 16. 17. Peleg 18. 19. Reu 20. 21. Serug 22. 23. Nahor 24. 25. Thare pater Abrami, Nahoris, & Aranis 26.

PARS TERTIA
DE ABRAHAMO.

SECTIO I.
DE PEREGRINATIONIBUS Abrami.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

P*Rima Abrami peregrinatio ex Ur Caldæorum* in Haran; cujus itineris comites habuit uxorem ſuam Sarai, filium fratris Lothum, & patrem ſuum Thare 27. 31, qui obiit in Haran 32.

CA. XII. *Secunda peregrinatio ex Haran* in Canaan C. XII, 1. dum promiſſione Corporali 2. & ſpirituali ſuffultus 3. venit in Canaan ubi altaria ædificavit prope Sichem 6.7. & Betel 8. progreſſus poſtea verſus meridiem 9.

Tertia peregrinatio ex Canaan propter famem in Ægyptum, ubi contigit Saræ raptus 10. 16. & liberatio ex periculo adulterii 17. 20.

Quarta profectio ex Ægypto in Canaan, cujus reditus conſequens fuit opulentia, tum Lothi, tum Abrami, in pietate perſeverantis, per renovationem altaris prope Betel
C. XIII. C. XIII, 1. 7.

SECTIO II.
DE ACTIS ABRAMUM *concernentibus ante Nominis ejus mutationem.*

Acta hæc ſunt:

I. *Manſvetudo ejus erga Lothum,* cui optionem eligendi domicilii detulit 8. 13.

II. *Confirmatio* per novam apparitionem Dei,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Dei, qui promiſit ei poſſeſſionem terræ Canaan, & multiplicationem poſteritatis inſtar pulveris terræ 8.17. unde ſeqvuta eſt habitatio ejus in Hebron 18.

III. *Victoria ſuper quatuor Reges Aſſyriorum*; qui Regulos quinq; civitatum, ob excuſſionem jugi, expugnarunt, & Lothum captivum abduxerunt C. XIV, 1. 12. quocirca: C. XIV.
Abram, diviſione turmarum ſuarum, noctu hoſtes adortus victoriam reportavit, Lothumq; liberavit 13. 16.

IV. *Triumphus*, dum Victor rediens cum gratulatione exceptus eſt à Rege Sodomæ, & Rege Salem Melchiſedeko, ſacerdote Dei altiſſimi 17. 24.

V. *Confirmatio per* promiſſionem divinã, Tùm *de Filio naſcituro*, dum Deus, clipeus & merces, conſolatus eſt eum ſemine ex ipſo prodituro, & multiplicatione poſteritatis inſtar ſtellarum C. XV, 1. 5. Unde ſe- C. XV.
qvuta eſt juſtificatio Abrami per fidem 6: *Tùm de poſſeſſione terræ* Canaan 7. 8. *ſtabilita* (1) *tribus ſignis*, vid. α. *Sacrificio* victimarum diviſarum 9. 10. β. *Vaticinio* de poſterorum ſervitute per 400 annos, & liberatione ex ea 12. 16. γ. *Viſione* furni fumantis & lampadis igneæ tranſeuntis inter particulas victimarum 17. (2) *admonitione de* terminis

Cr-

Canaan 18, & populis eam inhabitantibus 19.21.

VI. *Bigamia*, dum impulſus à Sarai ſterili alteram uxorem dixit Hagarem ancillam Ægyptiam C. XVI, 1.3. *Cujus α. Inſolentia* 4.6- *β. Fuga* -6. *γ. Pœnitentia*: Admonita enim ab angelo de reditu ad Dominam 7. 9. & nativitate Iſmaelis bellicoſi 10.12. gratulata eſt ſibi de viſione Dei 13. puteum appellans puteum viventis videntis me 14. poſtea peperit Iſmaelem 15.16.

CAP. XVI.

SECTIO III.
DE ACTIS CONCERNENTIBUS *Abrahamum poſt nominis mutationem.*

Acta hæc recenſentur:

CAP. XVII.

I. CIRCUMCISIO, *de qua Conſideretur, tùm Mandatum Dei, tùm Obedientia Abrami.*

Ad mandatum Dei pertinet,

α. Repetitio fœderis, dum Deus omnipotens immutans nomen ejus, ut non Abram Pater excelſus, ſed Abraham pater magnæ multitudinis vocaretur; promiſit ei multiplicationem poſteritatis C. XVII, 1.6. benedictionem ſpiritualem 7. & poſſeſſionem totius terræ Canaan 8.

β. Con-

β. Confirmatio fœderis per Circumciſionem omnino ſuſcipiendam ab Iſraelitis, adultis, infantibus octiduanis, vernaculis, alienigenis 9. 14.

γ. Expreſſa promiſſio de Iſaco. Mutationi enim nominis Sarai in Sarah, quæ futura mater filii 15. gentium & Regum 16, Et admirationi Abrahami qui infirmitatem prodidit riſu 17. & voto pro Iſmaele 18, ſubjungitur determinatio nativitatis Iſaci filii promiſſionis. 19. 22.

Obedientia Abrahami declarata ſtatim eadem die, dum circumciſus ipſe an æt. 99. Iſmael an æt. 13. cum omnibus domeſticis maſculis, tàm vernàculis quàm empticiis 23. 27.

II. *EXCEPTIO HOSPITUM, quorum Invitatio, Tractatio & colloquia deſcribuntur.* CAP. XVIII.

Invitatio per occurſum & ſalutationem facta ab Abrahamo, qui Jehovam formâ trium virorum ſe manifeſtantem amice invitavit, oratione ad unum directâ Cap. XVIII, 1. 5.

Tractatio per placentas delicatiores 6, vitulum ſaginatum 7, cum hoſpitalitate eximia 8.

Colloquium prius Convivale, dum Jehova pro-

promiſit Abrahamo & Saræ filium 9. 10. quam promiſſionem riſu excepit Sara 10. 11. 12. à Deo omniſcio, cui nihil difficile, propterea caſtigata & convicta 13. 15.

Poſterius colloquium Dei cum Abrahamo, in tranſitu verſus Sodomam, poſt duorum angelorum diſceſſum, dum Abrahamo pietatis ſtudioſiſſimo, in quo benedicendæ omnes gentes, revelavit Jehova excidium Sodomorum & Gomorræorum, quorum peccata accuſavit, ad pœnas infligendas paratus 16. 21.

III. *INTERCESSIO PRO SODOMITIS* apud Jehovam, ut propter paucos juſtos impii ſervarentur: qvumq; factis quæſtionibus à L. ad X, tandem propter X. pios gratia omnibus divinitus promiſſa eſſet, diſceſſit Jehova, rediitq; Abraham ad locũ

C. XIX. ſuum 22. 23. *Seqvuntur igitur circumſtantiæ Hiſtoriæ Sodomiticæ* (1) *Impietas Sodomitarum* impuriſſimorum, qui angelos hoſpites Lothi ad nefandas libidines exegerunt C. XIX 1. 5, & Lothũ, filias ſtuprandas offerentem, minis & vi aggreſſi, fores effringere conabantur, 6. 9.

(2) *Liberatio & eductio Lothi.* Angeli introducentes Lothum, & cæcitate percutientes Sodomitas. 10. 11, ſvaſerunt Lotho & ami-

amicis ejus exitum è Sodoma perdenda, unà cum incolis, propter peccata clamantia 12.14. Summo itaq; mane Loth cum uxore & filiabus extra urbem manu deductus, & inſtructus ne reſpiceret retrorſum, ſed fugeret à planicie ad loca montana 15.17, pervenit demùm in Soar 18.22.

(3) *Excidium Sodomæ & Gomorrhæ* per pluviam ſulphuream, ut regio abſorpta & in mare mortuum converſa ſit 23.25.

(4) *Pœna inobœdientiæ uxoris Lothi*, quæ retro reſpiciens, in ſtatuam ſalis mutata eſt 26.

(5) *Solicitudo Abrami aſpectantis* fumum velut è fornace aſcendentem 27.29.

(6) *Inceſtus Lothi cum filiabus*, ex quibus nati Moab & Benammi 30.37.

IV. RAPTUS SARÆ ab Abimelecho Rege Gerar C.XX, 1.2. Conſideretur heic CA. XX

α. *Correptio Regis* facta divinitus in ſomnio 3. qui exponens ſuam innocentiam 4.5, juſſus eſt uxorem marito reſtituere 6.7.

β. *Expoſtulatio Regis* cum Abrahamo 8.10, qui ſe excuſavit 11.13.

γ. *Reſtitutio Saræ* cum donis 14.16. unde ſeqvuta ſanatio Regis, Reginæ & ſubditorum 17.18.

C.XXI. V. *NATIVITAS ISACI* filii promiſ-
ſionis, qui appellatus à riſu patris & matris
C.XX, 1.3, circumciſus die octavo 4.an.æt.
Abr. 100. 5. gaudente matre 6.7. & poſtea
ablactatus inſtructo convivio 8.

VI. *EJECTIO ISMAELIS* unà cum
matre Hagare facta ab Abrahamo juxta Sa-
ræ conſilium, oraculo cœleſti confirma-
tum 9.14- Cujus *Ejectionis conſequentia*: (1)
Anxietas & fletus Hagaris à via aberrantis -14.
aqua carentis, & diſcedentis à puero ſubter
arborem projecto 15.16. (2) *Conſolatio per
vocem Angeli i.e. Filii Dei* exaudientis vocem
pueri 17, adhortantis ad curam maternam
18, & oſtendentis puteum aquæ 19. (3) *Iſ-
maelis educatio*, venatio 20, habitatio in Pa-
ran & conjugium 21.

VII. *FOEDUS ABRAHAMI* cum Abime-
lecho 22.24. Expoſtulationi Abrahami de
ablato puteo 25, & excuſationi Abimelechi
26, ſubjicitur confirmatio fœderis, tùm per
ſeptem agnarum oblationem 27.30. tùm
per juramentũ utriusq;, Unde puteus vo-
catus Beerſeba 31. Ubi Abraham poſt abitũ
Abimelechi 32, nemus plantavit, nomen
Dei æterni invocavit 33. & exilium patien-
ter toleravit 34.

C.XXII IIX. *IMMOLATIO ISACI*: Cujus

Pro-

Protaſis continet (1) *Mandatum Dei*, ad tentatum divinitus Abrahamum, de filio unico & chariſs. Iſaco, in monte monſtrando, in holocauſtum offerendo C. XXII, 1. 2.

(2) *Iter Abrahami* cum duobus famulis & filio confectum, donec tertio die locum vidit 3. 4, jubens poſtmodò famulos cum aſino ſubſiſtere 5, pergensq; cum filio ligna portante ad locum, geſtavit ignem & cultrum, filiumq; de victima quærentem ad providentiam divinam remiſit 6.8.

Epitaſis oſtendit ligationem Iſaci, impoſiti altari, illìc ædificato, & lignis 9, & apprehenſionem cultri, factam ab Abrahamo, ut filium mactaret, 10.

Cataſtrophe demonſtrat *liberationem Abrahami* à tentatione, & Iſaci à morte, *Per* (1) *Interdictum angeli* oſtendentis, loco Iſaci, arietem cornibus vepreto implicitum 11. 13: Unde nomen loci Jehova Ireh, & proverbium natum, In monte videbitur Deus 14. (2) *Promiſſiones Dei* ab angelo propoſitas de poſteritate Iſaci, inſtar ſtellarum & arenæ marinæ, de hoſtium everſione 15. 17, & de benedictione omnium gentium in J. Ch. ſemine ejus. 18. (3) *Reditum in Berſeba* 19, ubi audita eſt benedictionis divinæ efficacia in progenie Nachoris 20. 24.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

IX. *SEPULTURA SARÆ.* Abraham Saram in Hebron mortuam plangens C. XXIII, 1. 2, locum ſepulturæ per interceſſionem Hetthæorum ab Ephrone obtinuit, vid. ſpeluncam duplicem cum agro, pretio 400. ſiclorum arg. 3. 17. cum conſenſu populi 18, & Saram in hac poſſeſſione ſua ſepulcrali ſepelivit 19. 20.

PARS QVARTA DE ISACO.

SECTIO I.

DE ISACI CONJUGIO, HÆreditate & filiis gemellis.

CAP. XXIV. I. CONJUGIUM *cum Rebecca*: Cujus *Circumſtantiæ* ſunt;

(1) *Inſtructio ſervi Abrahami,* de uxore ex cognatione Abrahami conquirenda Iſaco in Caldæam non ducendo C. XXIV, 1. 6, de ſpe felicis ſucceſſus per præſentiam angeli 7. deq; juramento 7. 9.

(2) *Iter Servi* cum camelis & honorariis ad civitatem Nachoris, extra quam apud puteum Deo ſupplicavit, de ſigno ſponſæ ambiendæ 10. 14.

(3) *Occurſus Rebeccæ* virginis pulchræ, pudicæ & laborioſæ 15. 16, quæ aquam ſer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

vo & camelis exhibuit 17. 20; quocirca ſervus offerens ei inaurem & armillas, Deo gratias egit pro felici ſucceſſu 21.26.

(4) *Introductio ſervi* per Labanum in domum Bethuelis, & petitio de futuro Iſaci & Rebeccæ conjugio 27.34. Poſt commendationem enim Abrahami 35, & Iſaci 36, item relationem Legationis 37, & actorum apud puteum 42. 48, Rebeccam Iſaco in uxorem petiit 49.

(5) *Conſenſus parentum & Virginis*, quem ſeqvuta diſtributio munerũ à ſervo, ſponſæ & affinibus oblatorum, exhilaratio per convivium, & dimiſſio Virginis cum voto fœcunditatis & proſperitatis 50. 60.

(6) *Reditus ſervi adducentis* Rebeccam ſponſam Iſaci, quæ in tentorium Saræ introducta & Iſaco copulata 61. 67.

II. *HÆREDITAS.* Poſt ſecundas nuptias Abrahami cum Cethura, & familiam ex ea progenitam C. XXV, 1. 4. conditum eſt Teſtamentum, quo Iſac præcipuorum bonorum Abrahami hæres eſt conſtitutus 5. emiſſis aliis ad Orientem, ornatis muneribus 6. Poſt mortem v. ejus an. æt. 175. 7. 8. & ſepulturam in ſpelunca duplici. 9. 10. benedixit Deus tùm Iſaco 11. tùm Iſmaeli florentiſſimâ poſteritate. 12. 18. C.XXV

III. *FILII GEMELLI* Esav & Jacob: *quorum* (1) *Conceptio* & colliſio in utero materno, unde vaticinium de duobus populis ex illis oriundis. 19.23.

(2) *Nativitas*, dum natus eſt primò Eſav corpore rufo & piloſo, deinde Jacob, calcaneum Eſavi manu tenens an. æt. Iſaci LX. 24.26.

(3) *Educatio*, in qua conſideranda utriuſque ſtudia 27, & diverſa parentum de iis judicia 28, item Hiſtoria de Eſavo vendente Jacobo jus primogenituræ, oblato edulio. 29.34.

Sectio II.

DE ISACI PEREGRInationibus.

ISACI PEREGRINATIO,

Cap. XXVI. *Prima ad Regem Abimelechum in Gerar*, ubi *α. refocillatus* promiſſione poſteritatis & ſeminis benedicti Cap. XXVI. 1.5. *β. reprehenſus* à Rege, quod uxorem ſororem vocaverat, ſalvum conductum impetravit 6.11. *γ. centupium fructum* ex proventu terræ *percepit* 12, numero pecudum dives, invidentibus Philiſtæis 13.16.

Secunda ad torrentem Gerar, ubi puteos priores renovavit 17.18, & novos effodit,

pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

propter contentionem dictos Eſech & Sitna 19. 21.

Tertia alibi, dum effodit puteum, ob requiem, vocatum Rechobot 22.

Quarta in Berſeba, ubi erat felix per cultũ divinum & puteos effoſſos. 23. 33, ſed afflictus; Cananæis uxoribus Eſavi in domum ſuam introductis 34. 35.

SECTIO III.
DE TESTAMENTARIA BEnedictione, Jacobo collatâ.

Hiſtoriæ hujus *membra* ſunt:

(1) *Conſilium Iſaci ſenis* & cœcutientis de CAP.
benedicendo Eſavo, emiſſo ad adferendam XXVII.
carnem ferinam C.XXVII, 1.4.

(2) *Conſilium Rebeccæ* de benedicendo Jacobo 5. 11. induto veſtibus fratris, & eſcã lautam patri offerente 12. 17.

(3) *Colloquium Iſaci & Jacobi* 18. 23.

(4) *Benedictio Jacobo* collata, præmiſſis ritibus 24. 27. *Oeconomica* de rore cœli, frumento & vino 28, *Politica* de dominio in gentes, & *Eccleſiaſtica* de dominio in fratres 29.

(5) *Contentio Eſavi cum Patre* de benedictione 30. 39.

(6) *Benedictio Eſavi* ſecundaria 39. 40.

CAP. XXVIII (7) *Ablegatio Jacobi ad Labanum*, ex conſilio matris 41. 46, & patris C. XXVIII, 1. 5.

(8) *Eſavi Conjugium* cum filia Iſmaelis 6. 9.

PARS QUINTA DE JACOBO.

SECTIO I. DE ITINERE JACOBI Ad Labanum.

ACta *Itineris in* Canaan. α *Somnus Jacobi* ſuper lapide capiti ſuppoſito 10. 11. β *Viſio ſcalæ* in ſomnio, à terra ad cœlum erectæ, per quam angeli aſcenderunt & deſcenderunt 12, cui Deus deſuper innixus promiſit Jacobo poſſeſſionem Canaan 13, multiplicationem poſteritatis inſtar pulveris, ſemen benedictum 14, protectionem & conſolationem 15. γ *Confeſſio de* domo Dei & porta cœli 16. 17. Unde appellatio loci Betel 18. 19. Item *Votum*, quo petiit defenſionem Dei, victum, amictum & reditum in patriam, pollicitus viciſſim celebrationem Dei, & decimas 20. 22.

CAP. XXIX. *Acta Jacobi prope Haran* apud puteum, ubi gregibus aqua dabatur (1) *Colloquium cum paſtoribus* CAP. XXIX, 1. 8.

(2) *Col-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

(2) *Colloquium cum Rachele*, quæ adventum ejus patri Labano indicavit 9. 12.

SECTIO II.
DE COMMORATIONE JAcobi apud Labanum.

IN *Commoratione Jacobi apud* Labanum *hæc Acta* occurrunt :

I. *Nuptiæ*, quarum (1) *Occaſio*, amica converſatio & exploratio per menſem 13. 14. (2) *Conditio* ſeu pactum, vid. ſervitium ſeptennii pro conjugio Rachelis, quod videbatur Jacobo ſpatium ſeptidui, propter amorem ejus erga Rachelem 15. 20.

(3) *Celebratio* poſt ſeptennium ſervitii, prima vice per introductionem Leæ in thalamum facta, & ſecunda vice cum Rachele poſt ſeptiduum, ſub conditione ſervitii ſeptennalis adhuc continuandi 21. 30.

II. *Liberi ſuſcepti ex Lea*; Ruben, Simeon, Levi, Juda 31. 35: *ex Bilha*; Dan, Nepthali C.XXX
CAP. XXX. 1. 8: *ex Zilpa*; Gad, Aſcher 9. 13. *ex Lea*; Iſaſchar, Zebulon, Dina 14. 21. *ex Rachele*; Joſeph 22. 24.

III. *Pactum de Mercede*, exacto XIV annorum ſervitio, tale ſtatutum eſt, ut famuli Labani pecudes punctatas cuſtodirent, Jacob vero pecudes unius generis hac condi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

tione cuſtodiendas ſuſciperet, ut quicquid ex iis varium naſceretur, id Jacobo mercedis loco cederet 25. 36.

IV. *Divitiæ*, dum virgas ex parte decorticatas, maculisq; diſtinctas, oculis pecudum in canalibus aquariis in admiſſura prima objecit 37. 42; quocirca ex benedictione divina locupletatus eſt 43.

V. *Deliberatio Jacobi cum uxoribus* de reditu in patriam inſtituendo tum propter malevolentiam avari Labani, cui fideliter ſervierat CAP. XXXI, 1. 9. tùm propter oraculum divinum in ſomnio revelatum, quo juſſus in patriam redire. 10. 13. Uxores autem conqueſtæ de injuria patris 14. 15, ſe Dei benedicentis & mariti autoritati ſubjecerunt 16.

CAP. XXXI.

SECTIO III.
DE REDITU JACOBI in Canaan.

In reditu Jacobi hæc conſideranda:

I. *Clancularius ejus diſceſſus* cum uxoribus, liberis & omni re familiari, inſcio Labano, & itineris continuatio ad montem Gilead 17. 21.

II. *Acta in Gilead* inter Labanum & Jacobum α. *Expoſtulatio Labani*, quâ Jacobum

bum accuſavit ingratitudinis, plagii, ſtultitiæ & ſacrilegii 22. 30. β. *Defenſio Jacobi* quâ removit à ſe ſacrilegium, conceſſa inquiſitione 31. 35. & factâ ad judices provocatione 36. 37: Poſteà infelicitatem, infidelitatem & ignaviam à ſe removit 38. 40. exaggerans iniquitatem Labani 41, & referens protectionem ſui ad providentiam Dei, qui vocatur Timor Iſaci 42. γ *Transactio inter Labanum & Jacobum* 43. 44, confirmata erectione ſtatuæ 45. coacervatione lapidum, convivio 46, nomine loci Gilead 47, certis conditionibus utrinq; ſervandis 48, 52, juramento 53, ſacrificio 54, & diſceſſu Labani 55.

III. *Legatio ad Eſavum* gemina: *Prior* poſt apparitionem Angelorum in Machanaim, dum nuntii emiſſi indicarunt Eſavo reditum Jacobi divinitꝰ benedicti CAP. XXXII, 1. 5, & reverſi annunciarunt Eſavi, 400 viris ſtipati, adventum, 6; quocirca Jacob bipartitis turmis timuit 7. 8, confeſſus ſe inferiorem omnibus Dei beneficiis, petensq; liberationem è manu fratris 9. 12: *Poſterior* per munera ex capris, ovibus, Camelis, vaccis, cum inſtructione ductorum ad fratrem placandum 13. 21. CAP. XXXII.

IV. *Lucta cum angelo* ſive Filio Dei, cujus

luctæ (1) *Occaſio* fuit tranſitus per fluvium Jaboc 22. 23. (2) *Forma* fuit tum Corporalis 24. per luxationem femoris Jacobi 25. tum ſpiritualis per petitionem benedictionis 26. (3) *Mutatio nominis*, dum Jacob vocatus Iſrael, item Victoria 27. 28. benedictio 29. & lætitia Jacobi appellantis locũ Pniel 30. ejusq; claudicatio 31. unde conſvetudo Judæorum 32.

V. *Reconciliatio Eſavi & Jacobi*, in qua conſideretur, *α. Inclinatio* Jacobi in terram Cap. XXXIII. 1. 3. *β. Occurſus* Eſavi excipientis Jacobum amplexu & oſculo 4. *γ. Colloquium utriusq;* de Mulieribus & parvulis, 5. 7. Muneribus 8. 11. Officio deductionis oblato ab Eſavo, ſed recuſato à Jacobo 12. 15. Itaq; Eſav rediit in Seir 16.

CAP. XXXIII

SECTIO IV.

DE VARIA COMMORATIONE & Migratione Jacobi in Canaan.

SEries *Migrationum* Jacobi in Canaan hæc proponitur:

I. *In Suchot*, ubi domum ædificavit 17.

II. *Prope Sichem* 18, ubi agrum emit 19, & altare cultui divino conſecravit 20. ſed afflictus eſt ſtupro filiæ Dinæ vitiatæ à Si-

chemo

chemo Cap. XXXIV, 1. 4. Unde *conſequu-* Cap. XXXIV
ta eſt, *α. Jacobi* & filiorum ejus *indignatio* 5.
7. *β. Petitio Conjugii Dinæ* propoſita ab Hemoro 8.10. & à Sichemo ampliſſimam dotem promittente, 11. *γ. Reſponſio fratrum Dinæ* petitioni annuentium, cum conditione Circumciſionis, ab omnibus maſculis Sichemiticis ſuſcipiendæ 13.17. *δ. Circumciſio Sichemitarum* 18.24. *ε. Cædes Hemori Sichemi* & Sichemitarum, & urbis deprædatio, facta à Simeone & Levi, qui propterea à patre graviter reprehenſi ſunt 25. 31.

III. *In Betel.* Poſtquam Jacob ſubter quercum prope Sichem idola familiæ ſuæ defoſſa abjeciſſet Cap. XXXV, 1. 4. profectus eſt in Betel juxta mandatum Dei 5.6. ubi altare Domino ædificavit 7. Deboram nutricem ſepelivit 8. & repetitione promiſſionis divinæ confirmatus de multiplicatione poſteritatis & poſſeſſione Canaan 9. 13. alterum titulum lapideum erexit 9.15. Cap. XXXV.

IV. *In via verſus Ephratam* ɔ: Betlehem, ubi Rachel poſt partum Beniaminis obiit 16. 19. & ſepulta eſt 20.

V. *Trans turrim Eder*, ubi Ruben cum Bilha inceſtum commiſit 21.22.

VI. *In Hebron*, poſt completum filiorum numerum duodenarium 23. 26: apud Pa-

trem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

trem Iſacum, qui ſatur dierum an. æt. 180. collectus eſt ad populos ſuos, & ſepultus à filiis Jacobo & Eſavo 27. 29.

SECTIO V.
DE FRATRIS JACOBI ESAVI poſteritate.

CAP. XXXVI *Eſavi Conjugium* CAP. XXXVI, 1. 3. *proles* ex uxoribus, 4. 5. *migratio* in Seir, 6. 8. *poſteritas* tum nepotum 9. 14. quorum dignitas ducalis 15. 19. tum affiniũ vid. VII. Ducum Horræorum, 20. 30. tum aliorum ſucceſſorum vid. IIX Regum 31. 19. & X Ducum Edomiticorum 40. 43.

PARS SEXTA
DE JOSEPHO.

SECTIO I.
DE VENDITIONE JOSEPHI.

Joſephi venditio prior facta per fratres, poſterior per mercatores Midianiticos.

CAP. XXXVII. *Prioris Venditionis Antecedentia* ſunt (1) *Odium fratrum* conceptum ex ſomniis Joſephi, à patre dilecti, & belle veſtiti, CAP. XXXVII, 1. 4. ominoſis, de incurvantibus ſe ei, tum manipulis, 5. 8. tum Sole, Luna & XI ſtellis, 9. 10. (2) *Ablegatio ejus* ad fratres

tres paſcentes pecudes in Dotan, 12.17. (3) *Deliberatio* de Joſepho interficiendo 18.20. (4) *Projectio vivi Joſephi* in ciſternam aquâ carentem, juxta conſilium Rubenis 21.24.

Venditio ipſa, dum Mercatoribus Midianiticis venundatus eſt viginti argenteis, juxta Conſilium Judæ, & abductus in Ægyptum 25.28.

Conſequentia venditionis hujus ſunt, α. *Rubeni querela*, 29.30. β. *fratrum* reliquorum *mendacium*, quo plagium contegebant, per monſtratam patri tunicam Joſephi, ſangvine hædi tinctam, 31.32. γ. *Jacobi acerbiſſima querela* ob ſuſpicionem devorationis filii à fera, 33.35.

Poſterior venditio, dum Mercatores Midianitici vendiderunt eum in Ægypto Potiphari, principi Pharaonis, 36.

SECTIO II.
DE FRATRIS JOSEPHI *Judæ inceſtu.*

Hiſtoriæ hujus *Circumſtantiæ* ſunt;

I. *Conjugium Judæ*, ex quo nati, CAP. XXXIIX, 1.2. Er 3. Onan 4. Sela 5. CAP. XXXVIII.

II. *Conjugium Thamar*, initum cum Er 6. morte præmaturâ abrepto 7. & cum Onan propter maliciam occiſo divinitus 8. 10.

pro-

promiſſum autem cum Sela, ſed dilatū 11.

III. *Inceſtus ipſe*, dum Thamar ſe in bivio proſtituit Judæ ſocero ſuo, acceptis pignoribus, ſigillo, faſcia, & baculo 12. 18. concepitq; & abiit, ut fruſtrà eò, pro pignoribus redimendis, hœdum Juda miſerit 20. 23.

IV. *Liberatio Thamaris* à morte, dum producta ad cauſæ cognitionem, prolatis in medium pignoribus, ipſum Judam inceſtus reum arguit 24. 25. qui culpam confeſſus eſt, 26.

V. *Nativitas gemellorū* Peres & Zera 27. 30.

SECTIO III.
DE SERVITUTE ET CARCERE Joſephi.

CAP. XXXIX *Servitus Joſephi* erat, vel *proſpera*, per felices actionum ſucceſſus, & gratiam heri ob fidelitatem CAP. XXXIX, 1. 6. Vel *adverſa*, per tentationem ad libidinem, ab hera objectam 7. 13. & calumniam heræ, accuſantis Joſephum apud familiam 14. 15. & maritum 16. 18.

CA. XL. Incarcerationi Joſephi 19. 23. additur tum Interpretatio ſomniorum pincernæ & piſtoris, dum illi reſtitutionem, huic ſuſpendium prædixit CAP. XL, 1. 19. tum Complementum Interpretationis 20. 23.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SECTIO IV.
DE EXALTATIONE Joſephi.

Exaltationis Joſephi *membra* ſunt:

I. *Occaſio Liberationis* ex Carcere, videl. obſcurum Regis ſomnium de ſeptem vaccis pingvibus à ſeptem macilentis, & de ſeptem ſpicis plenis, à ſeptem tenuibus devoratis, CAP. XLI, 1. 8. Et oratio pincernæ ad Regem, de ſuo & piſtoris ſomnio, à Joſepho incarcerato olim explicato 9. 11. & completo 12. 13. CA. XLI

II. *Eductio Joſephi* ex carcere, & Introductio ad Regem 14.

III. *Interpretatio ſomniorum* Regis 15. 24. per Joſephum, qui ſeptem vaccis & ſpicis plenis, ſeptem annos fertiles, ſeptem v: vaccis & ſpicis tenuibus ſeptem annos ſteriles denotandos, 25. 27. & ſeptem annis abundantiæ ſeptem annos famis certiſſimè ſucceſſuros pronunciavit 28. 32.

IV. *Conſilium Joſephi* de conſtituendo præfecto, qui frumentum & cibum fertilis ſeptennii congregaret pro depoſito in ſeptennium penuriæ, 33. 37.

V. *Vocatio Joſephi* ad præfecturam Regiam: Conſiderentur *Acta* (1) *Inauguratio*

ſo-

ſolennis 39. 40. per annulum Pharaonis manui ejus impoſitum 41. veſtes byſſinas & torquem auream, 42. (2) *Confirmatio* in officio per locum proximum à Rege, vocem preconis Abrech, 43. autoritatem publicam 44. nomen Ægyptiacum Saphnat Panea 45- (3) *Conjugium* -45. (4) *Sedulitas* in colligenda annona tempore ubertatis 46. 49. (5) *Soboles* gemina 50. Manaſſe 51, & Ephraim 52. (6) *Prudentia* in diſtribuenda annona tempore famis 53.57.

SECTIO V.
DE GEMINO FRATRUM *Joſephi deſcenſu in Ægyptum.*

C.XLII. *Prior, fratrum Joſephi* propter emendum frumentum una cum vicinis *deſcenſus* in Ægyptum *absq; Beniamino* CAP. XLII, 1.5. dum à Joſepho. 6. *α*. excepti duriter, & proditionis accuſati 7. 9. qui ei probè ipſos cognoſcenti omnem conditionem domus paternæ revelarunt 10. 13. examinati acriter 14. 16. *β*. Incarcerati per triduum 17. *γ*. dimiſſi in patriam cum frumento & pecunia, in ſummitate ſaccorum collocata, obſide interea Simeone 18. 25. Reverſi a:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

rem geſtam expoſuerunt patri, qui dimiſſionem Benjamini recuſavit 26.38.

Poſterior eorum deſcenſus cum Benjamino continet Protaſin, Epitaſin & Cataſtrophen.

Protaſis oſtendit (1) *præparationem* ad iter cum Benjamino ſuſcipiendum, ex conſenſu patris, jubentis eos aſſumere optimos terræ fructus & duplicatam pecuniam. CAP. XLIII, 1. 13. (2) *Iter ipſum* & deductionem eorum in domum Joſephi 14. 25. cui munera obtulerunt 26. (3) *Colloquium & Convivium* Joſephi cum fratribus, ſecundũ ordinem ætatis collocatis, dum Benjamino quintupla major portio cibi, quam reliquis, appoſita 27. 34. CAP. XLIII.

Epitaſis triſtis monſtrat accuſationem fratrum Joſephi, qvi dimiſſi impoſitâ ſaccis ſingulorum pecuniâ, & ſcypho Joſephi injectò ſacco Benjamini CAP. XLIV, 1. 3; ſed ab itinere revocati, & furti inſimulati propter ablatum ſcyphum, qvi repertus in ſacco Benjamini 4. 12. Reverſiq; 13. ſupplices Joſepho facti ſunt 14. 17. Juda a: omnium nomine prolixè & patheticè perorans, captatâ benevolentiâ 18. narravit rem geſtã, factâ mentione patris, ſenis, & matris Benjamini, item Joſephi, qvi defunctus puta- CAP. XLIV.

batur 19. 20. & indicato affectu paterno erga Benjaminum adductũ, licet ſenex pater repugnaverat, & vehementer propterea doluerat 21. 29. Petiitq; dimiſſionem Benjamini, ob eventuram alioquin miſeriam patris, cujus anima cum filiolo colligata fuit 30. 31. Et tandem ſe obſidis loco ſervituti mancipavit, ut liberaretur Benjamin, concludens, ſe potius acerba qvævis paſſurum, qvàm ne ſine Benjamino rediens extremæ patris miſeriæ ſpectator fieret 32. 34.

C. XLV *Cataſtrophe lætiſſima proponit*,

I. *Agnitionem Joſephi*, remotis Ægyptiis, fratribus indicatam. α. Exclamatione & lacrimis CAP. XLV, 1. 2. β. Providentiâ Dei, qvi Joſephum in Ægyptum miſerat, ut fratres declinarent periculum famis, adhuc per qvinqvenniũ duraturæ 3. 8. γ. Invitatione benevolâ patris & univerſæ familię ad habitationem in Goſen 9. 11. δ. Uſu lingvæ Ebrææ 12. qua feſtinationem adventus patris urſit 13. ε. amplexu & oſculo 14. 15.

II. *Liberalitatem Regis & Joſephi* erga fratres, qui cum patre & univerſa familia ad pingvedinem Ægypti invitati, plauſtra ſervis & eqvis inſtructa, cibaria in itinere neceſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

ceſſaria & donaria, videl. veſtes elegantiores obtinuerunt, dum fratribus ſingulis oblatæ ſunt veſtes mutatoriæ, Benjamino præter quintuplices veſtes dati 300 argentei, patri vero mittebantur aſini & aſinæ, portantes fructus, frumentum, & viaticum, 16. 23.

III. *Fratrum cum admonitione ad concordiam dimiſſorum reditum* in Canaan ad patrem Jacobum, qui dignitatis Joſephi certior factus, ſubitô recreatus eſt, 24. 28.

SECTIO VI.

DE ISRAELITARUM IN ÆGYPTUM *deſcenſu & ſuſtentatione.*

In deſcenſu Iſraelitarum in Ægyptum conſideretur: I. *Iſraelis ſacrificium* in Berſeba CAP. XLVI. 1. factaq; ei in ſomno nocturno divina apparitio, qvâ approbata profectio & promiſſa Dei præſentia & defenſio, item poſteritatis multiplicatio & reductio in Canaan, cum vaticinio de Joſepho clauſuro oculos patri morituro 2. 4. II. *Jacobi adventus* in Ægyptum cum omni ſubſtantia & familia 5. 7. ſexaginta ſex perſonarũ 8. 26. ſi autem addantur iis ipſe Jacob & Joſeph cum duobus filiis ſunt ſeptuaginta, 27. III. *Jacobi & Joſephi conventus in Goſen* 28. per

CAP. XLVI.

lacrimas Joſephi & amplexus 29. lætitiam
Jacobi 30. & per inſtructionem de reſponſo dando Regi, à Joſepho communicatam fratribus & patri, 31. 34. Fratres igitur, de exercitio à Rege interrogati, reſponderunt, ſe eſſe paſtores ovium CAP. XLVII, 1. 3. & coactos fame eò veniſſe, 4. quocirca non tantum habitationem in Goſen, ſed etiam promotionem ad officia impetrarunt, 5.6. Jacob autem quæſitus de ætate ſua, 7. 8. reſpondit annos peregrinationis ſuæ eſſe 130 paucos & malos 9. & benedixit Pharaoni 10.

CAP. XLVII.

Suſtentatio Iſraelitarum in Ægypto, à maximo ad minimum, ſecundum mandatum Regis, 11.12. tempore famis, quo adducta ad Joſephum ſubditorum pecunia 13. 14. pecora 15. 17. & oblata ſervitus corporum ac poſſeſſio agrorum 18. 19. unde ſeqvuta eſt translatio populi ab una extremitate regni in aliam 20. 21. à qvo onere liberi erant ſacerdotes, qvibus demenſum ex horreis Regiis conſtitutum 22. Factaq; eſt tota Ægyptus tributaria, ut quinta pars proventuum Regi penderetur, exceptâ terra ſacerdotum 23. 26. Iſraelitarum autem tuta erat habitatio in Goſen, & multiplicatio facta vivente Jacobo 27. 28. qui, curam ſepultu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

ſtæ ſuæ gerens, juramentum à Joſepho exegit, per manus ejus ſub femore ſuo ſuppoſitionem, ut ſe dormientem cum patribus in Canaan ſepeliret 29. 31.

Sectio VII.
De Jacobi Benedictione collata duobus nepotibus & XII Filiis.

Benedictio Ephraimo & Manaſſi collata deſcribitur, *α. per Impoſitionem* manus dextræ in caput Ephraimi & ſiniſtræ in caput Manaſſis Cap. XLVIII, 1. 14. *β. per Precationem*: Deus in cujus conſpectu ambularunt patres mei, Deus qvi pavit me ab adoleſcentia ad diem hanc 15. Angelus qvi eripuit me ab omni malo benedicat pueris iſtis, qvi adoptati in filios meos participes ſint promiſſionum 16. *γ. per Vaticinium* de multiplicatione poſteritatis Ephraimi ſupra poſteritatem Manaſſis, notatum permutatione manuum 17. 19. & proverbio 20: Item de reditu poſteriorum in Canaan 21. in qva dedit Joſepho planiciem Sichem 22. Cap. XLVIII

Sequitur PROPHETIA *de XII Filiis*, Cap. XLIX, 1. 2. Cap. XLIX.

I. RUBENO, qvi primogenituræ privi-

legio propter inceſtum cum noverca privatus non creſceret 3. 4.

II. III. *SIMEONE & LEVI*, qvorum gladii arma iniqvitatis 5. propter occiſos Sichemitas, & conatum perdendi Joſephi 6. & furor maledictus, ideoq; diſperſio inter reliqvas tribus iis prædicta 7.

IV. *JUDA*, cui aſſignatur (1) *Regnum* per leges & præſidia 8. ſumpta ſimilitudine à Leonibus 9.

(2) *Linea Meſſiæ* ſeu venturi Siloh. 10.

(3) *Eccleſiæ ex gentibus collectio* per alligationem pulli ad vitem, lotionem veſtimenti in vino 11. rubedinem oculorum & candorem dentium 12.

V. *ZEBULON*, habitaturo in portu maris 13.

VI. *ISASCHAR*, amante qvietem & laborem inſtar aſini oſſei 14. 15.

VII. *DAN*, mordente calcaneos eqvi inſtar ſerpentis juxta viam 16. 17.

VIII. *GAD*, qvi velut exercitus vinceret, 19.

IX. *ASCHER*, cujus panis pingvis 20.

X. *NEPHTHALI*, qvi ut cerva dimiſſa dans eloqvia pulchritudinis, 21.

XI. *JOSEPHO*, qvi ut ramus creſcens juxta fontem, cujus arcus firmus, qviq; paſtor,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

ſtor,lapis,Iſraeli 22.24. Deq; poſteris ejus, quibus benedictiones cœli,abyſſi,uberum & vulvæ optantur 25.26.

XII. *BENJAMIN*, qvi ut Lupus rapiens mane comedens prædam, & veſperi dividens ſpolia 27.

SECTIO VIII.

DE MORTE ET SEPULtura Jacobi.

Jacobi Mors placida ſive collectio ad populos ſuos, poſt repetitionem ſepulturæ ſuę 28.33. *Mortis* ejus *Conſequentia* ſunt

α *Luctus* tum privatus Joſephi, qvi dolorem lacrimis, & amorem oſculo, CAP. L, 1. & aromatibus teſtatus eſt, tum publicus per 70 d. 2.3. CAP. L.

β *Sepultura* peracta in Canaan in Machpela, à Joſepho, proceribus, fratribus ac familia 4.14.

γ *Renovata Reconciliatio* Joſephi cum fratribus, qui cogitarunt adverſus ipſum malum, qvod Deus convertit in bonum 15.21.

δ *Proſperitas Joſephi* ob longævitatem 22. & multiplicationem poſteritatis 23. qvam juramento obligavit de oſſibus ſuis in Canaan deducendis 25. & mortuus eſt an. æt. 110. 26.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

LIBER SECUNDUS

EBr. Schemot, Græcè Ἔξοδος, oſtendens Exitum Iſraëlitarum ex Ægypto, promulgationem Decalogi, & inſtitutionem legum Judicialium, & Ceremonialium in deſerto. Eſt Schola Crucis & Lucis; proponit typos Meſſiæ, qvi Æterni Patris Λόγος, ſeu orator ad populum in monte Sinai, manifeſtatus in carne, non ut diſſolveret ſed ut impleret Legem, qvæ ad ipſum eſt pædagogus. Is Dux, & defenſor Eccleſiæ præcedens interdiu in columna nubis, protegente ab æſtu, & noctu in columna ignis, lucem adminiſtrante. Is Angelus Domini apparens Moſi in rubo ardente non conſumpto, cuſtodiens Iſraelitas in via & deducens in Canaan, in qvo eſt nomen Domini. Is agnus paſchalis, Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus, Agnus ille Dei, qvi tollit peccata Mundi. Is Man, & panis vitæ, è cœlo deſcendens. Is petra ſpiritualis, qvæ eos comitabatur. Is propitiatorium ſeu ἱλαστήριον διὰ τῆς πίστεως

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Accedamus igitur cum fiducia ad Thronum Gratiæ, ut conſequamur miſericordiam & gratiam, ad oportunum auxilium.

Tabernaculum erat Typus; tum CHRISTI, qvi ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, cujus Caro ex Virgine aſſumpta, ſed divina natura ab æterno genita à Patre, cujus ὑποστάσεως χαρακτὴρ eſt: Tum Eccleſiæ militantis, qvæ nulli loco alligata, habet Tabulas Legis, & arcam fœderis cum propitiatorio Chriſto, in cujus nomine Pater Cœleſtis invocandus, qvi dabit Spiritum Sanctum *Luc.11,13.* petentibus: gaudet tecto i. e. protectione divina adverſus furores diaboli & mundi: habet latera, ſeu membra colligata vinculis dilectionis, & perſeverantia in Confeſſione, Unde Eccleſia dicitur στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, & credentes dicuntur columnæ in templo Dei, & tandem cum ἐπίγειος οἰκία τοῦ σκήνους diſſolvitur, domicilium non manufactum, æternum, in cœlis obtinebimus. *1. Tim.3, 15.*

Requiſita Tabernaculi:

Arca lignea obducta auro, vectibus portanda, ſignificat Chriſtum, conſtantem natura divina, ceu auro, & humana, ceu ligno, portandum prædicatione Evangelii

ad omnes gentes. Sicut in arca reponebantur Tabulæ Legis, Man, & virga Aronis florida: ſic Chriſtus eſt τέλ@ νόμȣ, panis vitæ, & miraculis, ac reſurrectione ex mortuis refloreſcens.

Propitiatorium aureum tegumentum arcæ, oraculorum Dei ſedes, & præſentiæ divinæ ſymbolum. Chriſtus totus aureus, cui ſerviunt Cherubim, tum Angeli, tum duo Teſtamenta ſe invicem reſpicientia; Vetus qvod fundamentum Novi, & Novum, qvod Lux Veteris.

Menſa adumbrat vitam æternam, Luc. 22, 30.

Candelabrum aureum ſignificat tum Chriſtum, lucem Mundi, tum Verbum divinum, lucernam ſplendentem in loco obſcuro, tum fidem, radium bonitatis divinæ, cordi infuſum, tum miniſtros Verbi & omnes fideles Matt. 5, 14. Phil. 2, 15.

Altare utrumq; thymiamatis, & holocauſti, denotat Chriſtum altare noſtrum *Ebr. 13, 10.* unicum, in qvo offeremus vitulos labiorum, & hoſtias ſpirituales.

Labrum æneum fuit Typus baptiſmi, λȣτρȣ̃ παλιγγενεσίας, καὶ ἀνακαινώσεως πνεύματ@ ἁγίȣ Tit. 3.

Oleum notat dona S. S. qvibus Chriſtus,

ſtus, & Chriſtiani uncti; Thymiama adumbrat preces piorum Pſal. 141, 2. Cenſus ſignificat Chriſtum qvi dedit animam ſuam λύτϱον pro nobis Marc. 10, 45. Atrium reſpicit congregationem Eccleſiæ. Chronologia continet Res geſtas à morte Joſephi ad Exitum ex Ægypto, & Hiſtoriam Anni Primi in Deſerto

PARTES SUNT SEX.

I. De Moſis Vocatione & Legatione, ad Iſraëlitas, & Regem Pharaonem c. 1, 7-

II. De X. plagis Ægypti -7. 12-

III. De Itineribus Iſraelitarum ex Ægypto, per mare rubrum ad Montem Sinai -12. 18.

IV. De Legibus Moralibus, Judicialibus, & Ceremonialibus 19. 31.

V. De populi Idololatriâ, & Reconciliatione cum Deo 32. 34.

VI. De perfectione Tabernaculi, 35. 40.

SCHE-

SCHEMATISM. EXODI.

I. DE MOSIS VOCATIONE & LEGATIONE ad Iſr. & Phar.

Cap.

MOSIS

- *Hiſtoriæ Occaſio, Afflictio Iſraelitarum in Ægypto.* 1.
- *Infantia, monſtrans ejus liberationem ab aqua, & adoptationem à filia Pharaonis.* 2.
- *Indoles, oſtendens ejus tyrocinia.*
- *Conjugium cum Sippora.*
- *Vocatio facta ab angelo, ſive filio Dei apparente in rubo ardente, cum inſtructione de liberatione Iſraelitarum ex Ægypto.* 3.
- *Confirmatio per*
  - *Dei*
    - *Præſentiam, & cultum in Horeb.*
    - *Nomen quod eſt Ehjeh Jehova & Deus Abrah. Iſaci & Jacobi.*
  - *mutationē*
    - *baculi in ſerpentem.* 4.
    - *manus ſanæ in leproſam, & viceverſâ, aquarum in ſanguinem.*
  - *ſocietatem Aronis.*
  - *auxilium divinum.*
- *Legatio* *

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

* Legatio
- Prior ad
  - Iſraelitas agentes gratias pro promiſſione liberationis.
  - R. Pharaonem qui onera Iſraelitarum adauxit. 5.
- Poſterior ad
  - Iſraelitas non audientes Moſen præ anguſtia ſpiritus. 6.
  - Regem qui miracula Dei contempſit. 7.

II. DE DECEM PLAGIS ÆGYPTI.

Sangvis, Ranæ, Ciniphs, Inſectum, peſtis & ulcus.

Grando, Locuſta vorax, tenebræ, Mors primiſatorum.

DECEM PLAGÆ Ægypti

I. Aquæ in ſangvinem converſæ per ſeptiduũ. 7.
II. Ranæ è fluvio emergentes. 8.
III. Pediculi ex pulvere producti.
IV. Inſecta noxia.
V. Peſtis pecorum Ægyptiacorum. 9.
VI. Ulcera.
VII, Grando.
VII. Locuſtæ. 10.
IX. Tenebræ triduanæ.
X. Cædes primogenitorum denunciata, & 11.
poſt paſchalis agni manducationem, & 12.
feſti celebrationem, facta.

III. DE

III. DE ITINERIBUS ISRAELITARUM EX ÆGYPTO AD Montem Sinai.

ITINERA ISRAELITARUM

- E Ramſes, unde conſperſiones fermentatas & vaſa aurea ac argenta ſecum exportarunt. 12
- Per
  - Suchot, ubi panes ſubcinericios coxerunt admoniti de ſanctificatione primogenitorum. 13.
  - Pihakirot ubi Pharao eos perſecutus. 14.
  - Mare rubrum ubi
    - Liberatio Iſraelitarum.
    - Submerſio Ægyptiorum.
    - Canticum Moſis. 15.
  - Mara ubi aquæ amaræ injecto ligno dulces redditæ ſunt.
  - Elim ubi XII fontes & LXX palmæ.
  - Deſertum ubi coturnices veſpera ad caſtra advolarunt & mane dabatur Man. 16.
  - Rephidim ubi
    - Aqua è petra producta. 17.
    - Victoria ſuper Amalechitas per preces Moſis impetrata.
    - Onus Moſis levatum per conſtitutionem judicum inferiorum. 18.
- In Deſertum Sinai.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

IV. DE LEGIBUS.

- LEGES
  - Morales quarũ
    - Paraſcheve per
      - lotionem veſtimentorũ.
      - Conſtitutionem terminorum circa montem.
      - Miracula.
    - Promulgatio per ipſum Deum. 20.
  - Judiciales de
    - Servitute. 21.
    - Homicidio &c.
    - Furto &c. 22.
    - Officio judicum. 23.
  - Confirmatæ
    - Promiſſionibus divinis.
    - Fœdere inter Deum & Iſraelitas. 24.
    - Revelatione facta ſenioribus.
  - Ceremoniales de Tabernaculi Cauſis
    - Materia vid. oblatione ſpontanea. 25.
    - Fine, ædificatione ſanctuarii.
    - Forma quoad
      - Arcam cum propitiatorio.
      - Menſam, Candelabrum.
      - Tectum, Parietes, velum, 26.
      - Altare holocauſti, Atrium, 27.
      - Veſtes ſacerdotales Ephod, Pectorale, Laminam, pallia 28.
      - Officium ſacerdotale circa altare holocauſti & thymiamatis, cenſum, labrum &c. 29. 30.
    - Efficientibus Bezaleele, Aholiabo. 31.

V. DE POPULI IDOLOLATRIA & reconciliatione cum Deo.

ISRAELITARUM

- Idololatria & cultus Vituli Aurei. — 32.
- Pœna dum
  - Moſes
    - Tabulas Teſtimonii fregit.
    - Vitulum combuſtum comminuit, in pulverem exhibitum, vice potus.
    - ſuppliciũ de idololatris ſumpſit per Levitas.
  - Deus denegavit ſuam in medio caſtrorum apparitionem, quocirca Tabernaculum extra caſtra translatum.
- Reconciliatio cum Deo per
  - Promiſſionem Angeli Faciei, ducis itineris. — 33.
  - Dolationem duarum Tabularum lapidearum, quibus X verba divinitus inſculpta, pro fœderis Confirmatione. — 34.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

VI. DE ERECTIONE TABERNACULI.

TABERNACULI

- *Perficiendi materia, vid. oblationes ſpontaneæ,* 35.
  ſufficientes. 36.
- *Perfecti*
  - Partes
    - *Tecta.*
    - *Parietes.*
    - *Vela.*
  - Contenta
    - *Arca & propitiatorium.* 37.
    - *Menſa.*
    - *Candelabrum.*
    - *Altare thymiamatis.*
    - *Oleum & thymiama.*
  - *Requiſita*
    - *Altare holocauſti.* 38.
    - *Labrum æneum.*
    - *Structura atrii.*
    - *Veſtes ſacræ.* 39.
- *Erigendi diſpoſitio per collocationem*
  - *Baſium tabularum &c.* 40
  - *Tecti impoſiti.*
  - *Arcæ & propitiatorii in ſancto ſanctorum.*
  - *Menſæ candelabri & altaris thym. in ſanctuario.*
  - *Veli ad oſtium Tabern.*
  - *Altaris holocauſti extra Tabern.*
  - *Labri ænei inter Tabern. & Alt. holoc.*
  - *Atrii in circuitu Tabern.*
  - *Veli ad portam atrii.*
- *Erecti illuſtratio per gloriam Dei.*

EXODI PARS PRIMA.
DE MOSIS VOCATIONE, & legatione ad Iſraelitas & Regem Pharaonem.
SECTIO I.
DE AFFLICTIONE Iſraelitarum.

CAP. I. *ISraelitarum origo ex Jacobo* CAP. I, 1.5, *& multiplicatio in Ægypto* 6.7. præmiſſa Ægyptiorum Invidentia contra eos, & conſultatione per Regem novum, & conſiliarios de iis opprimendis propter metum ſeditionis, proditionis, & diſceſſus eorum ex Ægypto 8.10. Unde tyrannice *afflicti ſunt* (1) *duriſſima ſervitute*, in ædificatione Pithom & Ramſes 12.13, & graviſſimis laboribus architecturæ, agriculturæ & famulitii 14, (2) *privato mandato*, de infantibus eorum maſculis, per obſtetrices, in partu tollendis 15.16. Cujus mandati nulla facta executio 17.18. ſed benedictio Dei obſtetricibus, & populo declarata 20.21. (3) *edicto publico*, de maſculis infantibus Iſraelitarum in fluvium projiciendis 22.

SECTIO II.
DE MOSIS INFANTIA, *indole, & Conjugio.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

MOſis, I. *Infantia monſtrat ejus, α, parentes* CAP. II.
de tribu Levi CAP. II, 1. β, *formoſitatem, & abſconſionem tribus menſibus* 2. γ, *Impoſitionem in alveo ſcirpeo*, & expoſitionem in Nilo 3, præſente ejus ſorore 4. δ, *Liberationem ab aqua* per filiam Pharaonis, quæ, accerſitæ per ſororem Moſis nutrici vid. matri ejus, infantem lactandum tradidit condicta mercede 5. 9, & poſtea adoptatū vocavit Moſen ɔ: extractum, ſc. ab aquis.

II. *Indoles oſtendit ejus* (1) *acceſſionem ad Iſraelitas* relictâ aulâ, (2) *tyrocinia* vid. Interfectionem præfecti Ægyptii, 11. 12. & inſtitutam reconciliationem duorum Ebræorum litigantium 13. (3) *fugam in Midian* propter crimen homicidii, & perſecutionem Pharaonis. 14. 15.

III. *Conjugium*; cujus, α, *Occaſio*, benevolentia Moſis, aquam exhibentis pecudibus Præſidis Midianitarum, quocirca hoſpitium impetravit 16. 21– β, *Conſummatio* cum Sippora -21. γ, *fructificatio* per nativitatem Gerſonis 22.

SECTIO III.
DE MOSIS VOCATIONE, Confirmatione, & obedientia.

OCcaſio *Vocationis* Moſis, fuit Iſraelitarū

oppreſſorum gemitus, & clamor exauditus à Deo recordato fœderis ſui, quod implere conſtituit. 23.24.

CAP. III *Ipſa autem Vocatio* facta circa montem Horeb, ab angelo ſive Filio Dei, apparente in rubo ardente, dum prohibito acceſſu, & mandatâ calceorum depoſitione CAP. III, 1.5. Moſes inſtructus eſt divinitus de liberatione Iſraelitarum ex Ægypto 6.9. & miſſus ad Pharaonem ut eos exinde educeret, 10.

Confirmatio Vocati Moſis, quintuplici ejus tergiverſationi oppoſita ſequitur:

Primæ tergiverſationi ob ſuam vilitatem, & rei gravitatem 11 opponitur confirmatio per præſentiam Dei, ejusq; cultum in Horeb inſtituendum 12.

Secundæ objectioni ſive quæſtioni de Nomine Dei 13, reſpondetur per (1) ***Nomen Dei*** triplex quod eſt *Ehjeh* 14, *Jehovah*, & *Deus Abrahami, Iſaci, & Jacobi* 15, (2) Legationem inſtituendam ad ſeniores Iſrael, & Regem, à quo petenda venia triduani itineris in deſertum, ad ſacrificandum Deo 16.18. addito eventu adverſo 19, & proſpero 20.22.

CAP. IV *Tertiæ*, deſumptæ à populi incredulitate & inobedientia CAP. IV, 1. opponitur miraculoſa mutatio baculi in ſerpentem, &

viceverſa, 2. 5. manus ſanæ in leproſam, & vice verſa 6. 8, & aquarum in ſangvinem 9.

Quartæ, à defectu facundiæ 10, regeritur tum Dei poteſtas, concedentis homini facultatem ſermonis, & immittentis mala pœnæ 11, tum promiſſio auxilii divini. 12.

Quintæ tergiverſationi, de quovis alio mittendo 13, reponitur promiſſio ſocii Aronis 14, & auxilii divini 15. 16, per ſignũ baculi, in miraculis edendis, uſurpandi 17.

Obedientia confirmati Moſis, dum impetrata ab Ithrone venia, in Ægyptum proficiſcendi 18. 20. juſſus eſt divinitus proponere Regi miracula 21, & hanc ſummam petitionis; Dimitte primogenitum meum Iſraelem, ſi eum non dimiſeris, primogenitus tuus occidetur 22. 23. Tentationi autem ob neglectam circumciſionem filii quæ peracta à Sippora 24. 26, additur conjunctio Moſis cum fratre Arone circa montem Horeb, cui expoſuit verba, & ſigna coram Pharaone, & Iſraelitis expedienda 27. 28.

SECTIO IV.

DE MOSIS ET ARONIS PRIORE Legatione ad Iſraelitas & Regem Pharaonem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

PRioris, Moſis, & Aronis, legationis ad Iſraelitas *Acta*, α, *Congregatio ſeniorum* Iſrael, quibus verba Dei expoſita, & ſignis confirmata 29.30. β, *Gratiarum actio* populi pro viſitatione Dei 31.

CAP. V. *Legationis ad Regem Acta* (1) *Legatorum petitio*, de venia ad peragendum cultum divinum in deſerto CAP. V, 1.3. (2) *Regis tyrannis*, per Moſis & Aronis objurgationem, & onera Iſraelitarum adaucta, denegatis ſtipulis 4.14. (3) *Præfectorum Iſraeliticorum*, Regi, ob preſſuram onerũ, ſupplicantium, 15.16. *repulſio* 17.18. (4) *Eorum expoſtulatio* cum Moſe, & Arone 19.21. (5) *Moſis* cum Deo expoſtulantis 22.23. *refocillatio* per futuram liberationem C. VI, 1.

CAP. VI

SECTIO IV.

DE POSTERIORE MOSIS ET Aronis Legatione ad Iſraelitas, & Reg. Pharaonem.

P*Oſterior Moſis, & Aronis ad Iſraelitas Legatio*, dum conſolatus eſt eos Deus mentione nominis ſui Jehovah 2. & El ſchadaj 3. Item fœderis 4. exauditionis 5. liberationis 6. & introductionis in Canaan 7. 8: ſed præ anguſtia Spiritus, Moſen non audiverunt 9.

Lega-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Legationis ad Regem Acta (1) *Excuſatio Moſis,* propter populi incredulitatem, & labia ſua incircumciſa 12. (2) *Repetitio mandati* ad Moſen, & Aronem de legatione obeunda 13. quorum genealogia inſerta 14.25. ejusq; uſus 26.27. (3) *Alia repetitio* ejusdem mandati 28.29, cui licet reluctatus 30. tamen obtemperavit Moſes, confirmatus aſſiſtentiâ Aronis ceu Oratoris CAP. VII, 1.2. addito legationis eventu, vid. induratione Pharaonis 3.4. & fine, vid. gloria Dei 5. CA. VII.

(4) *Obedientia Moſis & Aronis,* an. æt. illius 80, & hujus 83, qvam conſeqvuta eſt mutatio baculi in ſerpentem, coram Pharaone. 6.10, qui miracula Dei contempſit, iisq; ſigna magica per Incantatores oppoſuit: Et quamvis baculus Aronis, ſive ſerpens poſtea viciſſim in baculum mutatus, deglutivit baculos Magorum, tamen roboravit ſe cor ejus, neq; paruit legatis Domini 11.13.

PARS SECUNDA
DE DECEM PLAGIS ÆGYPTI.

SECTIO I.
DE PLAGIS SANGVINIS, ranarum, & pediculorum.

P*Rimæ plagæ*, vid. *Converſionis aquarum in ſanguinem*, I, *Denunciatio*. 14.18. II, *Inflictio*, percuſſis baculo aquis 19.20. III, *Eventus*, quoad piſces putrefactos 21, Magos ſimile ſpectaculum objicientes, Regem, cujus Cor ſe roboravit 22.23. & quoad Ægyptios 24. IV, Duratio, per ſeptiduum 25.

CA.IIX. *Secundæ plagæ, Ranarum*, α, *Denunciatio* CAP. VIII, 1. 4, β, *Immiſſio* per extenſionem baculi ſuper flumina, è quibus emerſerunt, 5. 6. γ, *Imitatio Magica* 7. δ, *Remotio* poſt hypocriſin Regis 8. 11. per preces Moſis, & Aronis 12. 15.

Tertiæ plagæ, pediculorum, I, *productio* ex pulvere terræ 16. 17. II, *Eventus*, Confuſio Magorum agnoſcentium digitum DEI, Exagitatio hominum, & animalium, & Induratio Pharaonis 18. 19.

SECTIO II.
DE PLAGIS INSECTORUM, peſtis pecorum, & ulcerum.

Quartæ plagæ, *Inſectorum* noxiorum, α, *Denunciatio* 20. 23. β, *Inflictio*, dum ædes iis repletæ, & terræ naſcentia corrupta 24, γ, *Remotio* poſt hypocriſin Pharaonis 25. 28. juxta preces Moſis 29. 31. δ, *Eventus*, Induratio Pharaonis, qui aggravavit cor ſuũ 32.

Quin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Quintæ plagæ, peſtis pecorum, quæ appellata manus Domini, I, *Denunciatio* Cap. IX, 1. 5. II. *Inflictio* 6. III. *Eventus*, duritia cordis Pharaonis 7. Cap. IX

Sextæ plagæ, ulcerum, α, Comminatio 8. 9. β, *Inflictio* per diſperſionem cineris in aërem γ, *Effectus*, afflictio Ægyptiorum & pecorum 10. & magorum 11. δ, *Eventus*, Induratio Pharaonis 12.

Sectio III.
DE PLAGIS GRANDINIS, *Locuſtarum, & Tenebrarum.*

SEptimæ plagæ Grandinis, I, *Denunciatio* 13. 21. II, *Immiſſio* per baculum verſus cœlum extenſum 22. 23. & adjuncta tonitrua, ac ignem 24. III, *Effectus*, videl. everſio hominum, beſtiarum, herbarum & arborum 25. ſalvis interea Iſraelitis in Goſen 26. IV, *Remotio* 27. 33. V, Induratio Pharaonis aggravantis cor ſuum 34. 36.

Octavæ plagæ, Locuſtarum, I. *Denunciatio* Cap. X, 1. 6. cui adjuncta deliberatio conſiliariorum 7. 8. Regis affectus 8. II. *Inflictio* per extenſionem baculi ſuper terram, & ventum Orientalem 12. 13. III, *Effectus*, opertio terræ, & conſumptio virentium 14. 15. IV, *Remotio* poſt hypocriſin Pharaonis Cap. X.

 16.

16. 17. juxta preces Moſis 18. per ventum Occidentalem, diſpellentem locuſtas in mare rubrum 19. V, *Eventus*, Induratio Pharaonis 20.

Nonæ plagæ, Tenebrarum palbabilium, α, *Duratio* per triduum 21. 22: Interea alter alterum non viderat, luce Iſraelitis affulgente 23. β, *Eventus*, Ultima contentio Pharaonis & Moſis, qui ante abitum ultimam plagam ei denunciavit 24. 29.

SECTIO IV.
DE CÆDE PRIMOGENITORUM.

CAP. XI DEcimæ plagæ, videl. *Cædis Primogenitorũ*, I, *Denunciatio* juxta oraculum DEI, cum admonitione de mutuo accipiendis vaſis aureis & argenteis Ægyptiorum CAP. XI. 1. 3. prædicta eſt à Moſe 4. 8. qui cum Arone conſtans fuit in edendis miraculis 9. 10.

II, *Recordatio, primò indicata Moſi divinitus per agnum paſchalem & feſtum paſchale. Agnus paſchalis* maſculus, anniculus, ſegregan-
CA. XII. dus CAP. XII, 1. 5. cuſtodiendus quatriduo, mactandus inter duas veſperas 6. ſangvine aſperſo poſtibus, & ſuperliminari 7. totaliter igne aſſatus, manducandus cum panibus

bus azymis, & herbis amaris 8.10. à calceatis, inſtructis baculis, & accinctis lumbis, quia eſſet Paſcha Domino 11. ob percuſſionem primogenitorum Ægypti 12. & præteritionem ac incolumitatem Iſraelitarũ, quorum poſtes aſperſi ſangvine agni, ceu ſigno liberationis 13.

Feſtum paſchale ſolenniter celebrandum, & propter liberationem intra ſeptiduum conceſſam, continuandum per ſeptem dies, quorum primus & ultimus ſingulariter ſolennes eſſent conventu publico, permiſsâ tantum cibi præparatione, intermedii etiam feſtivi eſſent per uſum ac eſum azymorum à veſpera diei XIV ad veſperam XXI, ſub pœna capitali, remoto ab omnibus domibus fermento 14.21.

Deinde promulgata per Moſen, qui convocatis ſenioribus Iſrael *indicavit*, *α*, *Immolationem agni paſchalis*, jubens per faſciculum hyſſopi aſpergere poſtes, & ſuperliminare ſangvine de pelvi, prohibens egreſſum è domibus, uſq; ad tempus matutinum 22. & inculcans cædem futuram primogenitorum Ægyptiacorum per angelum vaſtatorem, & præteritionem Iſraelitarum 23. *β*, *Celebrationem feſti paſchalis* ſolennem 24. etiam poſt introductionem in Canaan

25.

25. cum doctrinæ obſervatione, & populi obedientia 26. 28.

III. *Inflictio*, facta media nocte, percuſſis omnibus primogenitis hominum, & animalium 29. Unde ejulatus, & querela Ægyptiorum 30. 31.

PARS TERTIA
DE ITINERIBUS ISRAELItarum ex Ægypto per mare rubrum ad montem Sinai.

SECTIO I.
DE ITINERE E RAMSES per Suchot, & Etam in Pihakirot.

IN *RAMESES* Iſraelitæ tanta diſceſſus feſtinatione obruti ſunt, ut conſperſiones nondum fermentatas, veſtibus involutas, humeris impoſuerint 34, & mutuo accepta prius ab Ægyptiis juxta providentiam Dei, vaſa aurea, & argentea, & veſtes pretioſas ſecum exportarint, 35. 36.

IN SUCHOT tabernacula fixerunt 6000000, præter uxores & parvulos 37, adjunctis pecoribus 38, & coxerunt panes ſubcinericeos ex maſſa aſſumpta 39 poſt promiſſionem factam Abrahamo an. 430.

40,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

40, recordati poſtmodò noctis Cuſtodiarum Domini 41. 42, admoniti ibidem Oraculis divinis, de Agni paſchalis eſu, prohibito alienigenis 43. 45, de carnibus ex ædibus, in quibus mactabatur, non efferendis, & oſſibus non frangendis 46, atq; de Feſti paſchalis celebratione 47. 49. Item de Sanctificatione primogenitorum, quia Domini eſſent, CAP. XIII, 1. 2. Et manducatione azymorum per ſeptiduum, in memoriam Liberationis, 3. 7. poſteris inculcandam 8. 10. Primogeniti vero maſculi, tam ex hominibus, qvam beſtiis, fieret conſecratio 11. 12. Aſini autem primogenitum redimeretur per agnum, vel non redempto cervix frangeretur: Hominum primogenita omnia redimenda 13, in memoriam liberationis liberis inculcandæ 14. 16. CA. XIII

IN PIHAKIROT inter mare & Migdol profecti ſunt CAP. XIV, 1. 4. dum, α, *Pharao* induratus *eos* copiis ſuis *perſecutus* 5. 8. & aſſeqvutus eſt 9. β, *Ipſimet timuerunt* inſultantes Moſi 10. 12. γ, *Moſes conſolatus eſt eos*, videte ſalutem Domini 13, qui pro vobis tacentibus pugnabit, 14. δ, *Deus conſolatus eſt Moſen*, mandato, de mari dividendo, protenſo baculo, pro tranſitu Iſraelitarum 15. 16, & interitu Ægyptiorum 17. 18. C. IXV.

SECT.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SECTIO II.
DE TRANSITU ISRAELITARUM per Mare rubrum.

IN *hiſtoria tranſitus* Iſraelitarum proponitur:

I. *Liberatio Iſraelitarum* facta, *Tum per Angelum Dei Chriſtum* interponentem ſe inter utraq; caſtra, unà cum columna nubis illuſtrante Iſraelitas, & Ægyptios tenebris involvente 19. 20. *Tum per fundi maris diviſi exſiccationem* ab Evro tota nocte, aquis inſtar muri utrinq; conſiſtentibus, pro tranſitu Iſraelitarum 21. 22.

II. *Submerſio Ægyptiorum*, qui excæcati Iſraelitas in medium maris perſeqvuti ſunt 23, ſed divinitus conturbati, remotis curruum rotis 24. 25, & ſubmerſi, aquis in priſtinum locum, per baculum Moſis extenſum, reductis 26. 28.

III. *Finis Liberationis* plenariæ 29, Timor & celebratio Dei 30. 31. declarata Carmine Evchariſtico, à Moſe compoſito, & decantato à Viris, & choro fœmineo.

CA. XV *Virorum* vid. filiorum Iſrael *Cantici membra* ſunt, (1) *Gratiarum actio* pro liberatione, & celebratio DEI qui præcipitavit in mare eqvum & ſeſſorem, CAP. XV, 1, quippe

pe qui fortitudo, laus, ſalus, 2. Vir belli & Jehova 3. projiciens hoſtes tanquam lapides & plumbum in profundum maris, in priſtinum locum reverſi 4. 10, ſolus magnificus ſanctitate, formidabilis laudibus, faciens mirabilia 11, delens hoſtes extenſione dextræ, q: terra eos abſorpſiſſet 12.

(2) *Precatio*, ut Deus populum ducat ad habitaculum ſanctitatis ſuæ, turbatis hoſtibus 13. 17. Cujus potentia declaratur 18, ſubmerſione Ægyptiorum, & liberatione Iſraelitarum, 19. *Chorus fœmineus* cum tympanis, & choreis, comitatus Mariam prophetiſſam tympano uſam 20, & præcinentem: Cantate Domino, quia magnificatus eſt, eqvum & ſeſſorem ejus projecit in mare, 21.

SECTIO III.

DE ITINERE ISRAELITARUM à Mari rubro per Mara, Elim, deſertum Sin, & Rephidim in deſertum Sinai.

IN *Mara*, quò poſt iter tridui, per deſertum Sur, aquis deſtitutum, pervenerant 22, aquas amaras invenerunt 23. murmurantes propterea contra Moſen 24, qui clamans ad Deum exauditus eſt, monſtrato ligno in-

injecto aquis, quæ dulces redditæ ſunt, exigensq; obedientiã, addidit promiſſionem immunitatis à morbis Ægyptiacis, quia *Dominus verus Medicus* 25. 26.

In Elim fuerunt 12. fontes, & 70 palmæ 27.

CAP. XVI. *In Deſerto Sin*, quò advenerant Die 15. Menſ. II. α, *Iſraelitæ fame preſſi*, contra Moſen & Aronem murmurarunt, recordati carnium, ſed obliti onerum Ægypti, & liberationis ab iis CAP. XVI, 1. 3.

β, *DEUS promiſit ſe panem è cœlo per pluviam* ſine labore 4. 5. imo veſpera carnes, & manè panes *daturum* 6. 12. & promiſſioni ſtatim ſatisfecit, per coturnices eadem veſpera ad caſtra advolantes, & mane poſt ceſſationem roris, viſum rotundum, & minutum quid, inſtar pruinæ, vid. panem, à Deo datum 13. 15.

γ, *Moſes mandata divina indicavit* (1) *De collectione Man*, videl. de uno Omer ſingulis deſtinato 16. & quamvis alii plus, alii minus collegerunt 17. mirabiliter tamen æqualia facta ſunt cujusq; collectanea 18: de collecto minime ſervando in craſtinum, de aſſervato ſcatente vermibus 19. 20. deq; duplici Man colligendo die ſexto, tum in ejus, tum in ſabbati uſum 21. 22.

(2) *De*

(2) *De Quiete Sabbati*, quocirca cibi eo die uſurpandi, præcedente die ſexto coquendi 23.26: Transgreſſores autem reprehenſi divinitus, ceſſarunt à collectione die ſeptimo 27.30. appellantes nomen panis Man, cujus figura rotunda veluti ſemen coriandri, color albus, & ſapor dulciſſimus inſtar placentæ melleæ 31.

δ, *Moſis conſilium* recitatur, communicatum fratri Aroni, de urna continente Omer Man, repoſita coram arca fœderis, in gratiam poſterorum 32.34. poſtquam XL annos Man comediſſent in deſerto 35. Menſura autem Omer ſingulis quotidie deputata eſt decima pars Epha 36.

IN REPHIDIM afflicti Iſraelitæ ſiti & CAP.
bello, refocillati ſunt, & Moſes à gravami- XVII.
ne officii ſublevatus.

SITIS ob defectum aquæ ſublata eſt, miraculosâ productione aquarum è petra Horebi, baculo Moſis percuſsâ: Loco autem nomen inditum Maſſa, & Meriba, propter murmura Iſraelitarum CAP. XVII, 1.7.

Bellum per Amalechitas illatum 8. *ſedatum eſt*, tum precibus Moſis, cujus manus per Aronem & Hurem ſuſtentatæ 9.12. tum Joſuæ victoriâ 13. Cujus Memoriale per altaris ædificati inſcriptionem, יְהוָה נִסִּי

Dominus vexillum meum, 14. 15. & prædicti-
onem afflictionis Amalechitarum 16.

CAP. XVIII. *Onus Moſis*, in gubernando populo, *levatum eſt Conſilio Ithronis* ſoceri, cui Moſes cum uxore ſua, & filiis advenienti CAP. XVIII, 1. 6. obviam proceſſit, pœnam divinitus Ægyptiis immiſſam nuncians 7. 8. Ithro v. lætatus 9. Deum verum confeſſus 10. 11. & oblatis holocauſtis ac eucharisticis, convivio cum Moſe, Arone, & ſenioribus recreatus eſt 12. nimiam Moſis in officio moleſtiſſimo ſedulitatem improbans 13. 18. conſiliumq; ſuppeditans Moſi, ut judices inferiores, pios, veraces, & avaritiæ oſores, millenarios, centuriones, quinquagenarios, & decuriones conſtitueret, devolutis ad ſe cauſis gravioribus 19. 23. Cujus Conſilii executio facta eſt 24. 27.

CAP. XIX. *IN DESERTUM SINAI* pervenerunt Die I. Menſ. III. CAP. XIX, 1. 2.

PARS QVARTA
DE LEGIBUS MORALIBUS, Judicialibus, & Ceremonialibus.

SECTIO I.
DE LEGE MORALI, ſeu Decalogo.

Pro-

Promulgationis Decalogi Antecedentia monſtrant præparationem Communem, & Particularem.

Communis præparatio, dum, α, *Deus per Moſen requiſivit ab Iſraelitis obedientiam*, quia eos foverat veluti aquila pullos, eosq; ad ſe paternè aſſumpſerat 3. 4. promittens eos fore peculium 5. regnum ſacerdotale, & gentem ſanctam 6.7. β, *Populus obedientiam promiſit* 8.

Particularis præparatio facta, I, *per Mandata Dei*, loqvuturi cum Moſe è denſa nube 9, de ſanctificatione populi, per lotionem veſtimentorum biduo inſtituendam 10. 11. Et de limitibus Montis, ne qui eum accederent, neve tangerent, transgredientes limites, ſub pœna mortis 12. 13. Quorum mandatorum executio facta per Moſen, & populum 14. Cui uſus Conjugii ad tempus interdictus 15.

II. *Per Miracula Legis* latæ die ſequente, vid. Pentecoſt. vel d. 50 ab exitu ab Ægypto, *qualia erant tonitrua, fulgura, nubes denſiſſima*, cum effectu, videl. timore populi 16. 17. *item montis ardor, & fumus emiſſus velut à fornace, commotio montis* 18. *clangor buccinæ, & colloquium Dei diſtinctum, & manifeſtum cum Moſe* 19.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

III. *Per Repetitionem mandati* de non tranſcendendis limitibus montis, item de purificatione primogenitorum, adminiſtrantium ſacra 20. 25.

CAP. XX. *Conjuncta, Ipſa Immediata Divina Recitatio* Decem præceptorum CAP. XX, 1.

I. *Ego ſum Dominus Deus tuus*, qui eduxi te ex Ægypto 2. *Non habebis Deos alienos coram me*, ɔ: mihi ſoli confides: Fit prohibitio generalis omnis idololatriæ 3. & ſpecialis imaginum, cultui deſtinatarum 4. 5. Clauſula autem generalis huic præcepto ceu reliquorum fundamento annectitur, continens Comminationes, 5. & promiſſiones 6.

II. *Non aſſumes Nomen Domini Dei tui in vanum*, cum Comminatione, quia non habebit Deus innocentem, qui nomen ipſius vanè uſurpaverit 7.

III. *Memento ut diem Sabbati ſanctifices* 8. cum declaratione, de ſex dierum operibus 9. & ſeptimi qviete 10. juxta exemplum Dei, qvi poſt opera creationis, ſex diebus perfecta, ſeptimo die qvievit, benedictionem & ſanctificationem ei annectens 11.

IV. *Honora patrem tuum, & matrem tuam*, cum promiſſione de longævitate 12.

V. *Non occides* 13.

VI. Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

VI. *Non mœchaberis* 14.

VII. *Non furtum facies* 15.

VIII. *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium* 16.

IX. *Non concupiſces domum proximi tui.*

X. *Nec deſiderabis uxorem ejus,* non ſervũ, non ancillam, non bovem, nec omnia qvæ illius ſunt 17.

Conſequentia ſunt Iſraelitarum, I, *Terror,* qvi viſis horribilibus ſignis, retroceſſerunt 18. rogantes Moſen, ut loco Dei cum iis loqveretur 19.

II. *Confirmatio,* per admonitionem Conſolatoriam Moſis, de ſervili timore deponendo 20. & per mandata Dei, à Moſe, qui caliginem nubis acceſſerat 21. indicanda 22. de idolis non faciendis 23. ædificando altari terreo 24. prohibitis altaribus ex politis lapidibus 25. & de humili ſitu altaris 26.

SECTIO II.

DE LEGIBUS JUDICIALIBUS, & Ceremonialibus.

LEges Judiciales: CAP. XXI.

I. De Servorum Ebræorum manumiſſione CAP. XXI, 1. 4. & mancipatione, per affixionem auris ad poſtem 5.6.

II. De Ancillis Ebræis, aut in matrimonium ducendis 7. 10. aut manumittendis 11.

III. De homicidis Voluntariis, gladio puniendis, & caſualibus ad aſyla fugituris 12. 14.

IV. De percuſſoribus parentum morituris 15.

V. De plagiariis morte mulctandis 16.

VI. De maledicentibus patri aut matri, morti tradendis 17.

VII. De variis percuſſionibus, & Lege talionis 18. 27.

IIX. De bove Cornupeta, homines interficiente 28. 32.

IX. De damno percepto ex alterius negligentia 33. 34.

X. De bove cornupeta, animalia interficiente 35. 36.

CAP. XXII. XI. De pœna Furti per reſtitutionem qvintuplam, aut qvadruplam CAP. XXII, 1. vel duplam, una cum re ablata. Nocturnū autem furem occidens herus, homicidii reus non eſſet. 2. 4.

XII. De damno dato per ſegetum à jumentis conſumptione 5. aut incendium propter incuriam exortum 6.

XIII. De depoſito rei inanimatæ 7. 8.

XIV. De actione propter amiſſa per ſententiam judicum 9.

XV. De conductione animalium quæ vel mortua & diſcerpta vel furto ablata 10. 13.

XVI. De Commodato 14. Et Locato 15.

XVII. De pœna ſtupri Virginis non deſponſatæ. Stuprator vel eam in uxorem duceret 16. vel patri dotem numeraret 17.

XVIII. De maleficis in vita non ferendis. 18.

XIX. De pœna beſtialitatis 19.

XX. De pœna idololatriæ 20.

XXI. De hoſpitalitate 21.

XXII. De viduis, & pupillis non lædendis, 22. 24.

XXIII. De mutuo & Uſura 25.

XXIV. De pignore 26. 27.

XXV. De honore Magiſtratui debito 28.

XXVI. De oblationibus primitiarum, Et primogenitorum, quatenus inſpectio eſſet penes Magiſtratum 29. 30.

XXVII. De abſtinentia à Carne laniata 31.

XXIIX. De prudentia judicum, ne aſſen- CAP.
tiantur rumoribus & teſtibus vanis CAP. XXIIII.
XXIIII, 1. vel iniquis cauſis, propter multorum eminentiam 2. aut commiſerationem ſuper pauperem 3.

XXIX. De beneficiis inimico præſtandis; per aſinũ reducendum 4. & ſublevandũ 5.

XXX. De juſtitia judicum, ne iniquam ſententiam ferant 6. 7. aut muneribus corrumpantur 8. aut peregrinos anguſtiis afficiant 9.

LEGES CEREMONIALES:

De Quiete terræ concedenda anno ſeptimo 10. 11.

De obſervatione ſabbati propter reſpirationem animalium & hominum 12. & propter cuſtodiam mandatorum divinorū 13-

De fugiendis alienorum Deorum nominibus -13.

De tribus Feſtis anniverſariis, vid. azymorum ɔ: Paſch. Primitiarum ɔ: Pentecoſt. & Collectionis ɔ: Tabernaculorum, quibus omnes maſculi coram Deo comparerent 14. 17.

De prohibito fermento in ſacrificiis, & vetita reſervatione adipis in diem poſterum 18.

De primitiis in domum Dei adducendis.

De fugienda victus intemperantia, ne coquerent hædulū in lactæ matris ſuæ 19.

SECTIO III.

DE CONFIRMATIONE LEGUM per promiſſiones DEI, fœdus cum Iſraelitis, & revelationem factā ſeniorib.

Pro-

PRomiſſionibus beneficiorum divinorum excitantur Iſraelitæ ad obedientiã. *Promiſit Deus*, α, *Aſſiſtentiam Angeli*, *ſeu Filii ſui*, qui duceret eos in via 20. cujus voci obedirent, in qvo eſt nomen Domini ɔ: qvi eſt & dicitur Verus Deus 21. β, *Afflictionem inimicorum* populi ſui 22. γ, *Introductionem Iſraelitarum in Canaan* ſubverſis incolis 23. 24. δ, *Benedictionem panis & aquæ*, Sanitatem 25. ε, *Fœcunditatem* & longævitatem 26. ζ, *Victoriam adverſus hoſtes* 27. η, *terminos terræ* ampliſſimos 31.

Prohibitis fœderibus Iſraelitarum cum CAP.
Cananæis 32. 33. ſancitur *Fœdus inter Deum* XXIV.
Iſraelitas, dum *Moſes*, α, *propoſuit verba & judicia* Dei Iſraelitis, promittentibus obedientiam CAP. XXIV, 1. 3. β, *deſcripſit omnia verba Dei* ɔ: leges Moral. Judiciales, & Ceremoniales, γ, *ædificavit altare*, & XII ſtatuas 4. δ, *juſſit primogenitos offerre* holocauſta & pacifica 5. ε, *conſperſit altare* dimidia parte ſangvinis, reliquam in pelvi ſervans 6. ζ, *Legit librum* fœderis, audiente populo 7. η, *Aſperſit populum ſangvine*, dicens, En ſangvis fœderis, qvod pepigit Dominus vobiſcum 8.

Confirmatur Fœdus jucundiſſimâ *Revelatione* factâ Moſi, Aroni, duobus ejus filiis,

& 70 ſenioribus, dum Filius Dei apparuit gloriosè, ſub cujus pedibus q: opus qvoddam lapideum ſapphirinum, & circumquaq; ſicut aſpectus cœli in ſerenitate 9.10: illi autem relicto Moſe, ad Iſraelitas reverſi, cibo & potu refocillati ſunt. 11.

SECTIO IV.

PROPONENS DEI CUM MOSE per 40 dies in monte Sinai commorante Colloquium, de Requiſitis Tabernaculi.

C.XXV DEUS *Moſi* in verticem montis Sinai advocato 12. 18, *indicavit* CAP. XXV, 1. *Tabernaculi* exſtruendi, *α*, *materiam*, videl. oblationem ſpontaneam de auro, argento, ære, 2. 3, hyacintho, purpura, cocco & byſſo, pilis caprarum 4. pellibus arietum & taxorum, lignis Sittim 5. oleo, aromatibus 6. & gemmis 7. *β*, *finem*, ædificationem ſanctuarii 8. *γ*, *formam* ſeu exemplar 9.

REQVISITA TABERNACULI, Quoad Res & Perſonas.

Quoad Res:

In Sancto Sanctorum Collocata:

ARCA ex lignis Sittim, deaurata, cujus longitudo duorum cubitorum, & dimidii, latitudo cubiti unius, & dimidii, ut & altitudo,

tudo, Corona aurea, annuli & vectes 10. 15. & contentum Teſtimonium 16.

Propitiatorium ɔ: aurea Tabula, ſive operculum arcæ impoſitum, exornatum duobus Cherubim, è qvorum medio Deus oracula dabat 17. 22.

In Sanctuaria Collocata:

Menſa ex lignis Sittim, deaurata, & aureo limbo circumdata, cujus longitudo duorum cubitorum, latitudo unius, & altitudo dimidii 23. 25. Inſtrumenta ad geſtationem, annuli 26. & vectes 27. 28. ad miniſterium ſcutellæ & cochlearia 29. Uſus pro panibus facierum coram Domino collocandis 30.

Candelabrum aureum, ſeptem lychnorum, videl. unius ſummi ex ſcapo extantis & ſex circumſtantium, utrinq; ternorum, ornatorum variis ſchyphis, ſphærulis, & floribus, pro illuminando ſanctuario 31. 39.

PARTES TABERNACULI ſunt, Tectum, parietes, & Velum.

TECTUM Infimum fabricatum è cortinis byſſinis, hyacinthinis, purpureis & coccineis, intertextis artificioſis imaginibus Cherubinicis CAP. XXVI, 1. 6. CAP. XXVI.

Medium ex pilis caprarum 7. 13.

Supremum ex pellibus arietum rubrefa-

ctis,

ctis, & pellibus taxorum ad depellendas pluvias 14.

PARIETES, ſeu TABULÆ ex lignis Sittim, diſpoſitæ ſecundum tria latera, auſtrale & ſeptentrionale, qvorum cuilibet XX tabulæ, & XL baſes aſſignabantur, item occidentale, cujus octo tabulæ ſedecim baſibus innixæ 15. 25. Combinatæ autem erant tabulæ per vectes deauratos, & annulos aureos 26. 30.

VELUM Interius ex hyacintho, purpura, cocco & byſſo, imaginibus Cherubinicis ornandum 31. 32. erat interſtitium inter ſanctum ſanctorum 33. 34. & ſanctuarium 35. *Exterius* ejuſdem texturæ ad oſtium Tabernaculi, in latere orientali 36. 37.

EXTRA TABERNACULUM, In Atrio collocatum fuit *Altare Holocauſti*, ex lignis Sittim, ære obductum, quadrangulare,
CAP. XXVII. CAP. XXVII, 1- cujus altitudo cubitorum trium, latitudo duorum, ut & longitudo -1, Cornua 2. ollæ, ſcopæ, pelves, forcipes 3. Craticula ærea, opere reticulato 4. 5. Vectes & annuli 6. 8.

ATRII ipſius delineatio facta, *α*, *ſecundum Menſuram* vid. Longit. 100 cubitorum lateris auſtralis, & totidem ſeptentrionalis: Latitudinem 50 cubitorum lateris occiden-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

dentalis, & totidem orientalis: Altitudinem qvinq; cubitorum. β, *ſecundum ornatum* columnarum, capitellorum, baſium & reliqvorum inſtrumentorum 9. 19. Tabernaculi, in quo lucernæ, oleo puro accenſæ, ſemper arderent 20. 21.

QVOAD PERSONAS:

VESTIMENTA SUMMI PONTIFICIS,

EPHOD *ex* auro ductili, hyacintho, purpura, cocco & byſſo CAP. XXVIII, 1, 6. tegens pectus & tergum 8. & duobus lapidibus Schoham inſculpta, oſtendens nomina XII filiorum Iſrael 9. 14. CAP. XXIIX.

PECTORALE JUDICII (חשן משפט) ejusdem materiæ 15 ſed formæ qvadratæ 16. ornatum qvatuor ordinibus gemmarũ 17. 20. & duodecim tribuum nominibus inſculptis 21. colligatum cum Ephod 22. 28. ſuper pectus Pontificis una cum Urim & Tumim, pro memoriali corãDomino *29. 30.*

PALLIUM *hyacinthinum*, ultra genua deſcendens, infra Ephod aſſumendum, cujus fimbriis adjuncta forma malorum punicorum, ex hyacintho, purpura & cocco, & tintinabula aurea 31. 35.

LAMINA AUREA cum Inſcripſione, קֹדֶשׁ לַיהוָה, impoſita anteriori parti tiaræ byſſinæ, ſuper frontem Pontificis:

TU-

TUNICA byſſina interior:

CINGULUM opere phrygio 36. 39.

VESTIMENTA SACERDOTUM, *Tunicæ, Cingula, & pilei* 40.

CAP. XXIX. *CONSECRATIO SACERDOTUM,* à Moſe peragenda,

I, *Per Aronem aqua abluendum*, veſtibus ſacerdotalibus induendum & ungendum, *item filios* ejus abluendos & induendos tunicis, cingulis, & pileis CAP. XXIX, 1. 9.

II, *Per oblationem ſacrificiorum, α, Juvenci* pro peccato 10. 14. *β, Arietis* Primi in holocauſtum 15.18. *γ, Arietis* ſecundi pro pacifico 19. 22. unà cum Mincha 23. 25. Concedebantur autem ſacra miniſtrantibus pectus Tenupha, & Armus Thruma, item caro in loco ſancto cocta 26.34. additâ concluſione conſecrationis 35.

OFFICIUM SACERDOTALE CIRCA

I, *Altare holocauſti*, cujus conſecratio per unctionem ſeptiduanam 36. 37. & uſus qvotidianus pro offerendis duobus agnis anniculis, uno manè, altero veſperi 39 unà cum Mincha 40. 41- Cujus oblationis effectus, DEI præſentia, pactum, & habitatio in medio eorum, item ſanctificatio hominum, tabernaculi & altaris 42. 46.

CAP. XXX. II. *Altare thymiamatis*, ex lignis Sittim

auro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

auro obductum, qvadrangulare, cujus altitudo cubitorum duorum, longitudo unius, ut & latitudo, Cornua, corona, annuli & vectes CAP. XXX, 1.5. Situs in ſanctuario, ante velum interius 6. Uſus qvotidianus, pro adolendo thymiamate 7.9. & anniverſarius in feſto Expiationis 10.

III. *Cenſum de dimidio ſiclo*, contribuendo à maſculis ſuperantibus viginti annos, in uſum tabernaculi 11.16.

IV, *Labrum æneum*, collocatum inter tabernaculum, & altare holocauſti, continens aqvam pro mundatione 17.21.

V, *Oleum ſacræ unctionis*, cujus præparatio 22.25. & uſus 26.33.

VI, *Thymiama*, cujus Compoſitio 34.35 & uſus 36.38.

VOCATIO ARTIFICUM Tabernaculi exſtruendi, vid. Bezaleelis, Aholiabi, & ſociorum CAP. XXXI, 1. 6. qvibus ſummaria operis Comprehenſio injuncta 7.11. CAP. XXXI.

EPILOGI loco inculcatur Moſi divinitus, Obſervatio Sabbati, Iſraelitis demandanda, qvia eſt Signum inter Deum & populum 13. reqvies ſancta Domino dicata 14.16. & recordatio exempli Creatoris 17. *Deinde traduntur Moſi à Deo primæ Tabulæ Teſtimonii lapideæ, digito Dei ſcriptæ* 18.

PARS

PARS QUINTA DE POPULI PECCATO, ET RECONCILIATIONE cum DEO.

SECTIO I.

DE POPULI IDOLOLATRIA, & pœna.

CAP. XXXII. MOſe in Monte Commorante I, Populus & Aron in horribilem idololatriam prolapſi ſunt, dum, α, *Populus* ob moram Moſis poſtulavit Deos aureos duces, CAP. XXXII, 1. β, *Aron ex* inauribus aureis contributis vitulum fuſilem fecit, in cujus honorem, cultus, & ſacrificia, choreæ & convivia inſtituta ſunt, 2. 6.

II, *Deus vehementer iratus*, damnavit defectionem populi, corrumpentis viam ſuam, denuncians pœnam totalis deletionis 7. 10.

III, *Moſes deprecatus iram Dei* adverſus populum adoptatum à Deo, recordante promiſſionum, factarum Abrahamo, Iſaco, & Iſraeli, precibus eum placavit 11. 14.

Moſes è monte deſcendens, α, Geſtavit tabulas Teſtimonii ſcriptas ab utroq; latere ſcripturâ Dei 15. 16. β, *Colloquutus cum Joſua* de Vociferatione populi 17. 18.

Mo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

MOSES ad caſtra perveniens,

α, *Tabulas fregit*, 19.

β. *Vitulum combuſtum comminuit* in pulverem, inſperſum, aquis, qvibus Iſraelitas potavit 20.

γ, *Aronem graviſſime objurgavit* 21. 24.

δ, *Supplicium de idololatris ſumpſit* per Levitas, qvi poſtea inſpectioni doctrinæ præfecti ſunt 25. 29.

SECTIO II.

DE RECONCILIATIONE Populi cum DEO.

ANte alterum aſcenſum Moſis in montem, inchoata eſt Reconciliatio populi cum Deo (1) *per Moſen*, confitentem peccata populi, petentem remiſſionem, vel cupientem ſe potius ex libro Dei ſcripto deleri 30. 32.

(2) *Per Reſponſum Dei*, punientis reos 33. promittentis Angeli ↄ: Filii ſui aſſiſtentiam 34. 35. & CAP. XXXIII, 1. 2. denegantis rebellibus ſuam, in medio caſtrorum, apparitionem 3. & mandantis ornamentorum depoſitionem 4. 6. qvam mox ſeqvuta eſt, facta per Moſen, Translatio Tabernaculi extra caſtra 7. (3) *Per Reverentiam Iſraelitarum erga Moſen* 8. *& Deum*, tectum columnâ nubis, loqventem cum Moſe, facie ad faciem ↄ: familiariſſimè 9. 11.

CAP. XXXIII

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

(4) *Per Colloquium Moſis cum Deo*, dum, *α*, *Moſes petiit* viam ſibi divinitus oſtendendam ɔ: rationem ducendi populum 12. 13. *Reſpondit Deus* qvod Facies ejus ɔ: angelus faciei ſeu Filius præcederet 14. *β*, *Moſes* ſine facie & præſentia Dei iter recuſans 15. *petiit*, ut Deus gubernatione ſua declararet, populum ſibi eſſe reconciliatum, ad Nominis Divini gloriam 16, *Reſpondit Deus* ſe petitioni ejus gratioſè ſatisfacturum 17. *γ*, *Moſes petiit ut Deus gloriam ſuam ſibi oſtenderet* 18, *Reſpondit Deus* promittens omne ſuum bonum coram ipſo tranſiturum ɔ: cumulum beneficiorum, ex ſola gratia exhibitorum 19: Denegans autem omni homini eſſentialis gloriæ divinæ viſionem in hac vita 20. conceſſit Moſi in fiſſura petræ conſtituto, & volâ divinâ protecto, poſt remotionem volæ notitiam aliqualem poſteriorum ɔ: effectorum 21. 23.

CAP. XXXIV (5) *Dolationem duarum tabularum* lapidearum, prioribus ſimilium, factam à Moſe juxta mandatum divinum CAP. XXXIV 1, 4.

In Commoratione Moſis altera, per dies 40 in Monte Sinai, Reconciliatio perfecta eſt

(1) *Per patefactionem Dei*, deſcendentis in nube, & proclamantis nomen ſuum, 5:

Ego

Ego ſum Jehova, Jehova Deus, Miſericors, gratioſus, tardus ad iram, immenſæ bonitatis ac veritatis 6, viſitans iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam & qvartam generationem 7.

(2) *Per Petitionem Moſis*, qva præſentiam & protectionem Dei, ac remiſſionem peccati populi humilimè efflagitavit 8. 9.

(3) *Per Reſponſionem Dei*, α, *promittentis ſe percuſſurum fœdus* cum Iſraelitis, miraculis Confirmatum 10, β, *prohibentis iis, tum fœdus*, cum Cananæis, civile, religioſum, & conjugale 11. 16. tum ſtructuram idolorum. 17. γ, *mandantis celebrationem feſtorum*, oblationem primogenitorum & primitiarum 18. 26. & ſcripturam mandatorum divinorum Moſi injunctam 27.

(4) *Per Scripturam X Verborum*, ſeu præceptorum, Tabulis poſterioribus divinitus inſculptam 28.

Poſt deſcenſum è monte,

Reconciliatio publicata à Moſe, geſtante tabulas, & vultui ſuo ſplendenti velamen imponente.

PARS SEXTA DE PERFECTIONE TABERNACULI.

SECTIO I.

DE CONTRIBUTIONE SPONTANEA.

MAndata Dei per Moſen indicanda Iſraelitis, *α*, *de obſervatione ſabbati* CAP. XXXV, 1.3. *β*, *de Contributione ſpontanea* metallorum, veſtium pretioſarum, pellium, lignorum, gemmarum, olei, & aromatum 4, 19. Cui edicto viri & mulieres, item principes promptè obtemperarunt 20. 29.
CAP. XXXVI *γ*, *de Vocatione Artificum*, Bezaleelis & Aholiabi 30. 35. qvi oblationes ſpontaneas ad ſtructuram operis ſuſceperunt, indicantes ſufficientiam Contributionis CA. XXXVI, 1, 7.

SECTIO II.

DE STRUCTURA REQVISItorum Tabernaculi.

Perfecta ſunt : .

I, *Tecta* vid. Infimum 8. 13. medium 14. 18. & ſupremum 19.

II, *Latera* per tabulas 20. 30. & vectes 31. 34.

III, *Vela* vid. Interius 35. 36. & exterius 37. 38.

CAP. XXXVII. IV, *Arca* cum propitiatorio C. XXXVII, 1, 9.

V, *Men-*

V, *Menſa* 10.16.
VI, *Candelabrum* 17.24.
VII, *Altare thymiamatis* 25. 28.
VIII, *Oleum & Thymiama* 29.
IX, *Altare holocauſti* CAP. XXXVIII, 1. 7. CAP.
X, *Labrum æneum* ex ſpeculis mulierũ 8. XXXVIII.
XI, *Atrii ſtructura* 9.20.

Quæ omnia menſurata ſecundum menſuram metallorum, Auri tal. 29. & ſicl. ſacr. 730. 21. 24. Argenti talent. 100. & ſicl. 1775. 25. 28. Æris tal. 70. & ſicl. 2400.

XII, *Veſtimenta ſacerdotum* CAP. XXXIX, CAP.
1. vid. Ephod 2. 7. Pectorale 8. 21. Pallium XXXIX.
hyacinthinum 22. 26. Tunicæ 27. Tiara, pilei, femoralia linea 28. baltheus 29. Lamina aurea 30. 31.

Quæ omnia ad Moſen adducta 32. 43.

SECTIO III. DE ERECTIONE Tabernaculi.

TABERNACULUM *Primò Erectum* juxta mandatũ DEI, Die I. Menſ. I. Ann.
II. poſt exitum ex Ægypto CAP. XL, 1. 2. CAP.
dum *Moſes* edoctus de Tabernaculi, & re- XL.
quiſitorum diſpoſitione 3. 8. & unctione 9.
11. item Inveſtitura Aronis & filiorum 12. 15.

I, *Baſes*, tabulas, vectes & Columnas 18.

II, *Tectum* Tabernaculo impoſitum 19.

III, *In Sancto ſanctorum*, *Arcam* cum Teſtimonio, & Propitiatorio, interpoſito velo 20. 21.

IV, *In Sanctuario*, verſus aqvilonem, *menſam* 22. cum panibus propoſitionis 23. verſus auſtrum, *candelabrum* 24. cum lampadibus accenſis 25. Coram velo, *altare thymiamatis* 26. cum accenſo thure 27.

V, *Velum ad* Oſtium Tabernaculi 28.

VI, *Altare holocauſti*, extra tabernaculũ 29.

VII, *Labrum æneum*, inter Tabern. & alt. holoc. 30. 32.

VIII, *Atrium* in Circuitu Tabernaculi.

IX, *Velum ad* portam atrii 33.

Deindè illuſtratum, & repletum gloria DEI, & nube incumbente, qvæ elevans ſe, itineris ſuſcipiendi, qvieſcens vero, Commorationis indicium erat 34. 38.

LIBER TERTIUS

EBr. Vaikra, vulgo Leviticus, proponens conſtitutionem Sacrificiorum Leviticorum, & officii Sacerdotalis.

Sacrificia ſtatim poſt lapſum divinitus inſtituta, erant munera, ab hominibus cum precibus & cantibus, Deo oblata, ſymbola gratitudinis & confeſſionis, nervi diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ad mundationem Leviticam, & miniſterii Levitici conſervationem.

SACRIFICIA Abelis, Aronis, Salomonis & Eliæ abſumta ſunt igne cœlitus miſſo, qvi ſemper in altari holoc. foveretur. Typi erant Meſſiæ JESU CHRISTI. Is Agnus Dei, tollens peccata Mundi, agnus ἄμωμος καὶ ἄσπιλος. Erat holocauſtum in ara Crucis, poſuit animam ſuam אשם ɔ: *Eſa. 53.* ſacrificium pro delicto. Eum qvi non novit *2.Cor.5.* peccatum fecit Deus peccatum ɔ: victimam pro peccato, ut nos eſſemus juſtitia Dei in ipſo. Eſt ἱλασμὸς pro peccatis noſtris, nec pro noſtris ſolum, ſed etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

pro peccatis totius Mundi. Eſt nobis מִנְחָה in ſacra cœna, dum nos membra ſua, cor-
1. Cor. 10, pore & ſangvine ſuo paſcit. Nonne panis,
16. qvem frangimus, eſt κοινωνία σώματος Chriſti? Et calix, cui benedicimus, nonne κοινωνία αἵματος ejus eſt? Filius hominis dabit cibum, qvi permanet in vitam æternam. Ipſemet eſt panis Dei, qvi de cœlo deſcendit, & dat mundo vitam, eſtq; panis vitæ: qvi venit ad ipſum, non eſuriet, & qui credit in eum, non ſitiet unqvam, imo flumina aquæ vivæ fluent ex ventre ipſius.
Ebr. cap. Si ſangvis Sacrificiorum Leviticorum ſan-
7. 8. 9. 10. ctificavit ad carnis puritatem, qvanto magis ſangvis Chriſti, qvi per ſpiritum æternũ ſeipſum obtulit inculpatum Deo, purgabit conſcientias ab operibus mortuis, ad ſerviendum DEO vivo? Etenim Sangvis J. Ch. Filii Dei emundat nos ab omnibus peccatis.

Sacerdotium Leviticum, adminiſtratum à peccatoribus infirmis & mortalibus, per oblationem pecudum, continens διαθήκην πρώτην qvæ non ἄμεμπτος, abrogatum cum Ceremoniis propter earum infirmitatem, eſt ὑπόδειγμα καὶ σκιὰ τῶν ἐπουρανίων. Sacerdos enim Leviticus ex tribu Levi, tractans Legem ceu umbram,

in-

ingreſſus in ſanctuarium manufactum, per alienum ſangvinem, & ſemel qvotannis in ſanctum ſanctorum: non ſine ſangvine, qvem offerebat pro ſeipſo, & populi peccatis; qvamvis ſangvis hircorum & taurorum peccata auferre non poterat. CHRISTUS vero ex tribu Juda, ſecundum ordinem Melchiſedek, habens ἀπαράβατον ἱερωσύνην, τῶν ἁγίων λειτουργὸς καὶ τῆς σκηνῆς ἀληθινῆς, μεσίτης καὶ ἔγγυος κρείττονος διαθήκης καὶ καινῆς, ἀρχιερεὺς μελλόντων ἀγαθῶν, ὅσιος, ἄκακος, ἀμίαντος, κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, ingreſſus ſemel εἰς τὰ ἅγια, αἰωνίαν λύτρωσιν εὑράμενος. Factus ὑψηλότερος τῶν οὐρανῶν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Poſtquam enim ſemel in conſumatione ſeculorum patefactus fuerat, ad abolendum peccatum, per immolationem ſui ipſius, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν. In pectorali ejus Urim & Thumim, omnes theſauri ſapientiæ in ipſo ſunt abſconditi. Tintinabula ejus aurea denotant φθόγγον Apoſtolorum, in omnem terram exiturum. Per frontale & coronam ſanctitatis, cognoſcitur ille ſanctus ſancto-

rum, unctus oleo lætitiæ, in Regem, Prophetam, Sacerdotem, & Caput Eccleſiæ, qvam Sangvine ſuo redemtam, Verbo, Sacramentis, & Spiritus Sancti teſtimonio corroborat. Qvum igitur habeamus Sacerdotem Magnum præfectum Domui Dei, & libertatem ingrediendi ſacrarium per ſangvinem Jesu, accedamus μετ᾽ ἀληθινῆς καρδίας, ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς, & abluti corpore aquâ purâ, teneamus confeſſionem ſpei non vacillantem.

Chronologia oſtendit Acta Primi Menſis Anni Secundi poſt Exitum Iſraelitarum ex Ægypto.

PARTES SUNT SEX.

I, De Sacrificiorum Generibus & Speciebus Cap. 1, 7.
II, De Sacerdotibus 8. 10.
III, De variis Mundiciis & Immundiciis 11. 15.
IV, De Feſto Expiationis 16. 17.
V, De Explicatione Decalogi 18. 25.
VI, De Obſignatione Decalogi 26. 27.

SCHEMATISM.
LEVITICI.
I. DE SACRIFICIIS.

CAP.

SACRIFICIORUM

- Genera
  - Holocauſtum ex
    - Vitulis, — 1.
    - agnis vel hædis,
    - columbis.
  - Mincha ex — 2.
    - farina triticea.
    - placentis azymis.
    - ſpicis toſtis & contuſis,
  - Sacrificium pacificum de bobus, agnis, capris, — 3.
  - Sacr. pro peccato
    - Sacerdotis & cœtus, vitulus — 4.
    - Principis hircus
    - Privati agna vel capella. — 5.
  - Sacr. pro delicto
    - diſſimulantiũ rem impiam,
    - tangentium immunda animalia,
    - temerè jurantium, retinentium decimas,
    - imprudenter aliquid facientium,
    - negantium depoſitum. — 6.
- Leges videl.
  - Holocauſti,
  - Minchæ,
  - Sacr. pro peccato,
  - Sacrif. pro delicto, — 7.
  - Sacrif. pacifici.

II. DE

II. DE SACERDOTIBUS.

- *Conſideretur*
  - *Aronis, & Filiorum ejus Conſecratio, facta per Moſen qui* — 8.
    - *unxit eos, & tabernaculum.*
    - *obtulit ſacrificia.*
    - *indicavit iis mandata divina, de*
      - *Conviviis ſacris.*
      - *Excubiis.*
  - *Aronis Prima adminiſtratio. ſacrificiorum pro ſeipſo, & populo, confirmata* — 9.
    - *benedictione, pronunciata elevatis manibus.*
    - *apparitione gloriæ divinæ.*
    - *Igne, cælitus dilapſo.*
  - *Filiorum Aronis inobedientia vid.* — 10.
    - *Nadabi & Abihu, qui thymiama igne alieno accendentes, igne à facie Dei egreſſo exanimati ſunt.*
    - *Eleazari & Ithamari, qui hircum, pro peccato oblatum, totum combuſſerunt.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

III. DE VARIIS MUNDICIIS, ET IMMUNDICIIS.

IMMUNDICIES

- Animalium
  - Terreſtriũ quæ
    - ruminant, & non dividunt ungulam. 11.
    - dividunt ungulam, & non ruminant.
  - Aquatiliũ, carentium pinnulis & ſquammis.
  - Volatilium.
  - Reptilium.
- Hominũ, ex contactu morticiniorũ immundorũ.
- Rerum inanimatarum ex contactu morticiniorũ.
- Hominum ex eſu
  - animalis mundi ſi mortuum eſſet.
  - abominandorum reptilium.
- Puerperarum, quæ exacto tempore Purificationis, per ſacrificia expiandæ. 12.
- Lepræ
  - Hominum, Cognoſcendæ per
    - Signa albedinis pilorum, & corroſionis carnis ſub cute &c. 13.
    - Caſus varios.
    - Habitum leproſorum.
  - Veſtium linearũ, lanearũ aut pellicearũ.
  - Hominum divitum & pauperum, expiandæ per ſacrificia. 14.
  - Ædium
    - cognoſcendæ à ſacerdotibus.
    - expiandæ per ſacrif.
- Virorum laborantium fluxu.
- Mulierum menſtruoſarum.

IV. DE FESTO EXPIATIONIS.

In feſto Expiationis anniverſariâ, Conſideretur

- *Materia; offerenda pro* 16.
  - *Sacerdote.*
  - *Populo.*
- *Modus expiationis, pro ſacerdote & populo per*
  - *Sortitionem ſuper duos hircos.*
  - *illationem intra velum*
    - *incenſi aromatici.*
    - *ſangvinis ſacrificii.*
  - *impoſitionem manuū Aronis, ſuper caput hirci vivi &c.*
- *Circumſtantia*
  - *Temporis*; Di. X. M. VII.
  - *Perſonæ, Solius Sum. Sacerdotis, expiationem ſolennem peragentis.*
- *Appendix de*
  - *oblatione Sacrif. ante oſt. Tabern.* 17.
  - *prohibito eſu*
    - *ſangvinis,*
    - *morticinii aut diſcerpti.*

V.DE

V. DE EXPLICATIONE DECALOGI.

In Explicatione Decalogi conſiderentur

Prohibiti Gradus Conſanguinitatis, & Affinitatis.			18.
Varia DEI mandata,			19.
Pœnæ ſceleratorum.			20.
Conditiones	Sacerdotum,		21.
	Oblationum ſacrarum.		22.
Feſta	Paſch.		23.
	Pentec.		
	Tubar.		
	Expiat.		
	Tabernacul.		
Leges de	Panibus propoſitionis.		24.
	Jure Talionis.		
	Privilegiis anni Jubilæi.		25.
	Servis.		

VI. DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

VI. DE OBSIGNATIONE DECALOGI.

Obſignatio Decalogi per		Cap.
	Benedictiones, promiſſas piis,	26.
	Maledictiones, propoſitas impiis	
	Medium evadendi pœnas, ſive pœnitentiam.	
	Vota.	27.
	Decimas.	

LEVITICI PARS PRIMA DE SACRIFICIIS.

SECTIO I.

DE SACRIFICIORUM *generibus, & ſpeciebus.*

SACRIFICIORUM GENERA *ſunt, Holocauſtum, Mincha, Sacrificium pacificum, Sacrificium pro peccato, & Sacrificium pro delicto.*

Holocauſtum totum cremabatur, dictum עֹלָה, ab aſcendendo, *Cujus* Cauſa *Efficiens* DEUS, CAP. I, 1. & *materia*, 2, ſpecialiter expoſita, juxta objectum triplex, vid. pecoris, pecudis, & volucris. CAP. I.

Prima ſpecies eſt pecoris, vid. Vituli immaculati 3, Cujus *finis* benevolentia Dei, & expiatio peccati 4. *Forma* variis ritibus declaratur, tùm, quoad afferentem, qvi manum capiti holocauſti impoſuit, deonerans in caput ejus peccatum 4; tum quoad ſacerdotem qvi juvencum jugulavit, ſangvinem altari inſperſit 5, pellem detraxit, membra concidit, eaq; conciſa cum inteſtinis, & cruribus antea lotis impoſuit lignis, igne ſacro totaliter conſumenda 6.9.

Finis repetitur, vid. odor ſvaveolens, ſeu acceptus Domino -9.

Secunda eſt pecudis, vid. Agni vel hædi, cujus ſacrificii ad latus altaris aquilonare mactandi ritus iidem 10. 13.

Tertia volucris vid. Turturis, aut pulli columbini 14 Cujus Ritus de capite retorqvendo, ſangvine juxta parietem exprimendo 15, ingluvie & plumis abjiciendis 16. Finis odor ſvaveolens Domino 17.

MINCHA eſt ſacrificium cibarium,

CAP. II. I, *Ex farina triticea* ſuperfuſa oleo & thure CAP. II, 1. Cujus ritus, ut ſacerdos pugillum ejus incenderet, Finis propitiatio afferentis cum DEO 2, & ſuſtentatio ſacerdotum 3.

II. *Ex placentis azymis*, qvarum *Coctio* triplex, cum mixtione olei, vid. in clibano 4, ſartagine 5. 6, & craticula 7. *Oblatio* per ſacerdotem 8, Finis idem cum præcedente 9. 10. Appendix additur, de prohibito in ſacrificiis melle, item fermento 11, Fermentati enim panes uſibus vulgaribus deſtinati ſunt 12: & de adhibendo ſale fœderis divini 13.

III, *Ex ſpicis toſtis & contuſis* cum admixto oleo & thure 14, Ritus & finis iidem cum præcedentibus 15.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Sacrificum pacificum זֶבַח שְׁלָמִים continet Cap. III
tres ſpecies, I, *De bobus* utriusq; ſexus Cap. III, 1. 6. II, *De agnis* 7. 11. III, *De capris* 12. 16. Hujus ſacrificii certæ ſaltem partes incendebantur, vid. adeps omnis, duo renes, & reticulum jecoris, item ex agnis cauda integrâ, carnes vero ſacerdotibus concedebantur. Regula generalis adjecta prohibet eſum adipis & ſangvinis 17.

Sacrificiorum pro peccato, per ignorantiam Cap. IV
commiſſo, *varietas conſideratur*, juxta diſcrimen peccantium vid. *Summi Sacerdotis, totius cœtus, principis, vel privati.*

Pro ſummo ſacerdote & toto cœtu, vitulus immaculatus offerendus; Cujus, α, Sangvinis pars in tabernaculum illata, ſepties verſus velum aſpergenda, & cornibus thymiaterii illinenda, reliqvo ſangvine effuſo ad baſin altaris holocauſti. β, Adeps, renes, & reticulum jecoris adolenda. γ, reliqvum Corpus cum pelle extra caſtra comburendum Cap. IV. 1. 21.

Pro principe hircus offerendus, & pro privato quopiam agna vel capella, qvorum ſacrificiorum ſangvis in tabernaculum non inferendus, ſed partim illinendus cornibus altaris holocauſti, partim ad baſin ejus effundendus;

dus: Adeps vero ſuper altare adolebatur, ut in ſacrif. pacifico 22. 35.

CAP. V. *Sacrificiorum pro delictis Infirmitatis, varietas* declaratur, juxta Exempla delinqventium. Ut ſunt:

I. Diſſimulantes rem impiam, auditam vel viſam, CAP. V, 1.

II. Tangentes animalia immunda 2, aut homines immundos 3.

III. Temere jurantes 4. Qvorum omnium confitentium ſe reos, delicta variis ſacrificiis, pro varietate perſonarum, expianda, 5. Offerrent enim, α, *Divites* agnam vel capram 6. β, *Mediocres*, duos turtures, aut duos pullos columbinos 7. alterum pro peccato 8. 9. alterum in holocauſtum 10. γ, *Pauperrimi*, decimam partem Epha ſimilæ, ſine thure & oleo 11. Unde pugillus plenus adolendus, reſiduum ſacerdoti tribuendum 12. 13.

IV. Retinentes decimas, qvibus impoſita, α, oblatio arietis, æſtimati duobus ſiclis ſanctuarii 14. 15. β, recompenſatio damni. γ, additio quintæ partis pretii 16.

V. Facientes imprudenter aliqvid, prohibitum lege Dei 17. expiandi per oblationem arietis immaculati 18. 19.

CAP. VI *VI. Negantes depoſitum*, & fraude vel vi alio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

aliorum bona ad ſe transferentes CAP. VI, 1.3. expiandi per reſtitutionem omnium ablatorum 4. additamentum partis qvintuplæ 5. & oblationem arietis immaculati 6. pro remiſſione impetranda 7.

SECTIO II.
DE SACRIFICIORUM LEGIBUS.

LEx *holocauſti* 8. de, α, Combuſtione holocauſti per totam noctem, donec in cineres redactum eſſet 9. β, Cineribus collocatis in ollis æneis 10. extra caſtra efferendis 11. γ, Igne perpetuo 12, 13.

Lex Minchæ 14. *Communis* de offerendo pugillo ſimilæ, oleo aſperſæ, & thurē adolendo 15. & de comedendo reliqvo in atrio tabernaculi, absq; fermento, à ſolis filiis & poſteris Aronis 16. 18. *Peculiaris* autem Minchæ, in unctione ſacerdotum, Ritus ut ſimilæ in ſartaginæ coctæ, & in buccellas confractæ, dimidium mane, & dimidium veſperi, totaliter combureretur 19. 23.

Lex הַחַטָּאת *Sacrificii pro peccato*, Tum *principis & privati*, Cujus ſacrificii ſangvis in tabernaculum non inferendus, ideoq; ſacerdotes portionem conceſſam comederent 25. 29. Tum *ſacerdotis & totius cœtus*, Cujus ſa-

crificii ſangvis in tabernaculum inferen-
dus, ideoq; illud totum comburendum 30.

CA.VII. *Lex* הָאָשָׁם *Sacrificii pro delicto*, CAP. VII, 1. 2. de adipe, cauda, renibus & reticulo jecoris adolendis 3. 5. de carne à ſacerdotibus comedenda 6. 7. & pelle iis conceſſa 8. ut & pelle holocauſtorum omnium 9. 10.

Lex זֶבַח הַשְּׁלָמִים *Sacrificii pacifici* 11. *oſtendit Laudatorii, Votivi ac ſpontanei diſtinctionem, Et partium diſtributionem. Laudatorii*, α, additamentum per panes, tum azymos 12. tum fermentatos 13. è qvibus unus elevatus ſacerdoti cederet 14. β, Carnes eadem die comedendæ 15. *Votivi* autem, & *ſpontanei reliquiæ*, tum eadem die, tum poſtridie Comedendæ 16. Cautiones adduntur (1) de tertiæ diei reliqviis comburendis 17 (2) de mundicie reliqviarum & perſonarum 19. 21. (3) de prohibito eſu adipis & ſangvinis ſacrificiorum 22. 27.

Diſtributio partium ſeqvitur, qvarum qvædam adolebantur Deo 28. 31- qvædam cedebant ſacerdoti vid. pectus Tenupha & armus Truma, (reliqvæ afferentibus aquâ expiationis mundatis conceſſæ in conviviis ſacris) -31. 34.

Concluſio ſingularis 35. 36. & univerſalis omnium ſacrificiorum 37. 38.

PARS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

PARS SECUNDA
DE SACERDOTIBUS.

SECTIO I.
DE ORDINATIONE SACERDOTUM.

MOſes juxta mandatum DEI, in conſpectu totius cœtus, Sacerdotis vices C.VIII.
ſuſtinens CAP. VIII, 1.5. (1) *Aronem & filios* lotos 6. & veſtibus ſacerdotalibus indutos *conſecravit,* infundens capiti Aronis oleum unctionis, & ungens tabernaculum, altare holocauſti, & labrum æneum. 7.13. (2) *Sacrificia obtulit,* α, juvencum pro peccato 12. 17. β, arietem in holocauſtum 18.21. γ, Arietem Conſecrationum 22.25. δ, Mincham 26.28. retinens, pro labore, pectus Arietis Conſecrationum 29. aſpergensq; Aronem, & filios oleo unctionis & ſangvine 30. (3) *Mandata divina ſacerdotibus indicavit,* tum de Conviviis ſacris, in qvibus carnes coctas cum reliqviis Minchæ comederent 31. reſiduas autem poſt convivium comburerent 32. tum de excubiis ſacerdotum per ſeptiduum 33.36.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SECTIO II.
DE ARONIS OBEDIENTIA
& officio Sacerdotali.

CAP. IX INitium Officii ſacerdotalis,

α, *Demandatum Aroni* per Moſen, in præſentia ſeniorum Iſrael CAP. IX, 1. 7.

β, *Perfectum ab Arone* offerente pro ſeipſo Vitulum in ſacrificium pro peccato 8. 11 & arietem in holocauſtum 12. 14: Pro populo in ſacrificium pro peccato hircum 15 holocauſtum juxta morem 16. Minchan 17. In ſacrificium pacificum bovem & arietem 18. 21.

γ, *Confirmatum*, tùm ab Arone per benedictionem manibus elevatis pronunciatam 22. 23- tùm à Deo per apparitionem gloriæ divinæ -23. & ignem cœlitus delapſum, conſumentem ſacrificia 24- tùm deniq; à populo, Deum humiliter celebrante -24.

SECTIO III.
DE INOBEDIENTIA
Filiorum Aronis.

CAP. X. INobedientia Filiorum Aronis

I. *Nadabi & Abihu*, qvi thymiama igne alieno accendentes, igne à Conſpectu Dei ſuperveniente exanimati ſunt CAP. X, 1. 2.

Pœ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Pœnæ hujus *Eventus*, α, *Judicium* Moſis de interitu eorum 3. β, Sepultura eorum 4. 5. γ, *Luctus* præceptus cognatis, ſed prohibitus Aroni & filiis 6.7. δ, Oraculum divinum de ſobrietate, & abſtinentia à vino, & potu inebriante 8.11. ε, *Repetitio Legis* per Moſen, de conceſſo eſu reliqviarum Minchæ 12.13. & pectoris Tenupha, & armi Truma 14.15.

II. Eleazari & Ithamari qvi hircum pro peccato oblatum totum combuſſerunt, reprehenſi propterea à Moſe 16.18. ſed excuſati ab Arone, ob domeſticum dolorem 19.20.

PARS TERTIA
DE VARIIS MUNDITIIS, ET IMMUNDITIIS.

SECTIO I.
DE DISCRIMINE ANIMALIUM Mundorum, & Immundorum.

ANimalia ratione cibi, juxta mandatum DEI, vel *Conceſſa*, vel *Prohibita*: CAP. XI

I. *Terreſtria quadrupedia Conceſſa* dividentia ungulas, & ſimul ruminantia CAP. XI, 1.3. *Prohibita* ruminantia, & non dividentia ungulas, ut Camelus 4. Cuniculus 5.

Lepus 6. Vel dividentia qvidem ungulas & non ruminantia, ut Sus 7: Qvæ tum qvoad eſum, tum qvoad tactum, cadaverum prohibita 8.

II. *Aquatilia* conceſſa, pinnulis & ſqvammis prædita 9. prohibita, iisdem carentia 10. 12.

III. *Volatilia* prohibita 13. 19.

IV. *Reptilia* prohibita 20. 23.

SECTIO II.
DE IMMUNDICIE, EX Contactu vel eſu.

IMmundicies, *I. Hominum ex Contactu cadaverum* Immundorum, α, *reptilium* alatorum 24. 25. β, *quadrupedum* terreſtrium non ruminantium, & non findentium ungulas 26. item gradientium ſuper volas 27. 28. γ, *reptilium* terrenorum 29. 31.

II. Rerum inanimatarum, immundo contactu pollutarum, vid. Vaſorum ligneorum 32. & fictilium 33. cibi, potus 34. clibanorum 35. Excipiuntur fontes, putei, ſtagna 36. Item ſemina ſicca 37. Semina autem aqvâ macerata, impura reputata 38.

III. Hominum, ex Eſu, tum animalis mundi, ſi mortuum eſſet 39. 40. tum abominandorum reptilium 41. 45.

Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Concluſio diſcriminis animalium mundorum, & immundorum. 46.47.

SECTIO III.
DE IMMUNDICIE, ET *Expiatione puerperarum.*

PUerperarum, I. *Immundicies* poſt partum maſculi, per ſeptiduum, & poſt circumciſionem octavo die factam, per dies 33. h. e. per dies 41. CAP. XII, 1. 4. poſt partum fæmellæ 14. & præterea 66. diebus. 5. CA.XII

II. *Expiatio* poſt purificationem, per ſacrificium præſcriptum, tùm ditioribus, vid. agnum in holocauſtum, & pullum columbæ pro peccato 6. 7. tùm pauperibus vid. duos turtures, aut pullos columbæ 8.

SECTIO IV.
DE COGNITIONE, ET *Mundatione Lepræ.*

LEpræ Hominum Cognitio fieret, I. *Per ſigna* Lepræ, tùm ſuſpectæ ſine plagæ profunditate, & pilorum albedine, tùm Veræ per pilos albos, & profundam Carnis ſub cute corroſionem, vel per Incrementum ſcabiei, tumorem cutis, & albedinem pilorum CAP. XIII, 1. 11. C.XIII.

II. *Per varios Caſus* de ſcabie 12. 17. ulcere 18. 23. aduſtione 24. 28. maculis nigris in ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

capite vel barba 29.37. maculis albis 38.39. calvitie 40.44.

III. *Per ſtatum & habitum Leproſorum*, vid. veſtimenta lacera, caput nudum, mentum ſuperum involutum, clamorem de immundicia 45. & ſolitariam extra caſtra habitationem 46.

Lepra Veſtium linearum, lanearum aut pellicearum, 47.48. qvæ poſt incluſionem, vel propter plagæ dilatationem, comburendæ, vel ob ceſſationem ejus lavandæ, & proinde aut immundæ aut mundæ pronunciandæ, 49.59.

Lepræ Hominum Expiatio, vel Divitum, vel pauperum.

C.XIV. *Dives, Die primo*, adferret duos paſſeres: unum jugulandum, cujus ſangvis expiandus vaſe, repleto aquâ: alterum cum cedro, cocco, & hyſſopo, intingendum in ſangvine, qvo ſepties conſpergeretur mundandus, paſſere vivo dimiſſo, & poſt lotionem tentorio ſuo per ſeptiduum excluderetur, CAP. XIV, 1.8.

Die Septimo, raderet pilos, & veſtes, ac Corpus ablueret 9.

Die Octavo, adferret duos agnos, & agnā anniculam, cum Mincha & oleo 10. Sacerdos autem ſtatueret mundandum, ad oſtiū

Ta-

Tabernaculi 11. & offerret, *α*, Pro delicto agnum, una cum Log olei, in Tenupha 12. ¶ Pars autem tùm ſangvinis, tùm olei illinenda mundandi auriculæ dextræ, & pollici manus dextræ, ac pedis dextri 13. 17. reliqva v: pars olei in caput effundenda 18. *β*, Sacrificium pro peccato 19. *γ*, Holocauſtum cum Mincha 20.

Pauper, eodem modo expiandus, adferret agnum pro delicto, una cum Mincha 21. & duos turtures, aut duos pullos columbæ, unum pro peccato, alterum in holocauſtũ 22. adhibitis iisdem expiationis ceremoniis 23. 32.

Lepræ Domus Immundicia 33. 34. per herum ſignificanda ſacerdoti 35. ante cujus adventum, exportatâ ſupellectile, expurganda domus 36. Sacerdos autem domum ingreſſus, conſideraret num plaga ineſſet parietibus, per foſſulas ſubvirides aut ſubrubentes 37. & egreſſus occluderet eam per ſeptiduum 38: Poſt incrementum plagæ 39. juberet eruendos eſſe lapides 40. radendam domum, ejicienda ramenta 41. novosq; lapides ſubſtituendos 42. Recrudeſcente a: plagâ ſacerdos immundam pronunciaret domum 43. 44. qvæ deſtruenda 45. propter effecta immundiciæ, qvoad ingredientes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

entes 46. dormientes aut comedentes in ea 47.

Lepræ Domus deſinentis Expiatio 48: per duos paſſeres, cedrum, coccum & hyſſopum, ut ſuperius, 49. 53.

Concluſio hujus Sectionis de Lepra 54. 56.

SECTIO V.
DE IMMUNDICIA FLUXUS Virilis, & muliebris.

C.XV. *Viri*, laborantis fluxu perpetuo, deſcribitur Immundicia, & Expiatio.

Immundicia CAP. XV, 1. 3. qva contaminabat ὁ γονοῤῥύης cubile, ſedile 4. ſputo ſuo maculatos, vehiculum, ſtratum & contingentes ea aut ſe 5. 10. 11.

Expiatio Communis Immundorum ex Contactu Laborantis fluxu: vid. hominum, veſtimentorum & vaſorum firmiorum per lotionem, fictilium verò per fractionem 11. 12. *Peculiaris Expiatio* Immundi ex fluxu, per incluſionem ſeptiduanam, lotionem 13. oblationem duorum turturum, aut pullorum columbæ 14. pro peccato, & in holocauſtum 15.

Vir autem laborans fluxu ſeminis nocturno, abluendus aquâ 16. una cum veſte

ſte maculata 17. & muliere cum qva dormivit 18.

Mulieris Immundicia, laborantis profluvio ſangvinis ordinario menſtruo 19.24. & extraordinario 25.27. Expiatio ſimilis priori 28.30.

Concluſio hujus Sectionis 31.33.

PARS QVARTA
DE FESTO EXPIATIONIS.

F*Eſti Expiationis* publicæ, ab Arone, ſemel qvotannis ſanctum ſanctorum in- C.XVI.
greſſuro, peragendæ proponitur CAP. XVI, 1.2.

I. *Materia* offerenda pro Sacerdote, induto veſtibus ſacerdotalibus, Juvencus pro peccato & aries in holocauſtum 3. 4. pro populo, duo hirci pro peccato, & aries in holocauſtum 5.

II. *Modus Expiationis* pro Sacerdote 6. & Populo, α, *per ſortitionem geminam* ſuper duos hircos, qvorum unus pro Jehova offerendus pro peccato, alter pro Azazel emittendus in deſertum 7.10. β, *per illationem* intra velum, tùm incenſi aromatici, prunis ignitis impoſiti, tùm ſangvinis juvenci, pro peccato ſacerdotis oblati, de

qvo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

qvo ſepties verſus propitiatorium, digito ſuo ſpargeret 11. 14. Item ſangvinis hirci, pro peccato populi oblati 15. qvo ritu expurgandum Tabernaculum 16. 17. *γ, per Expurgationem Altaris* holocauſti 18. 19. *δ, per impoſitionem* manuum Aronis ſuper caput hirci vivi, in deſertum & terram ſeparatam dimittendi. 20. 22. *ε, per oblationem holocauſtorum* pro ſacerdote & populo, & ſacrificiorum pro peccato ac delicto 25. 28.

III. Circumſtantia Temporis videl. Diei X. Menſ. VII. ſeu ſabbati præcipui 29. 31. Et *Perſonæ* vid. Solius ſummi Pontificis, ſemel qvotannis expiationem ſolennem peragentis 32. 34.

CAP. XVII. *IV. Appendix*, I, De ſacrificiis non alibi, niſi ante oſtium Tabernaculi offerendis CAP. XVII, 1. 8. ſub pœna mortis 9. II, De eſu ſangvinis prohibito, qvia eſt animæ vehiculum, & pro expiatione uſurpandus 10. 14. III, De eſu morticinii, aut diſcerptii prohibito 15. 16.

PARS QUINTA

DE EXPLICATIONE DECALOGI.

SECTIO I.
DE COMMIXTIONIBUS ILLICITIS.

EXordium à Legislatore Jehova Elohim, dehortante à moribus Ægyptiorum & Cananæorum, CAP. XVIII, 1. 3. & adhortante ad cuſtodiam ſtatutorum divinorum 4. 5. CAP. XIIX.

Narratio vetat, α, *prohibitos gradus* Tùm *Conſanguinitatis*, vid. inceſtum 6. cum filia, matre 7. noverca 8. ſorore vel ex patre, vel matre 9. cum nepte ex filio, vel filia 10. cum ſorore ex utroq; parente 11. cum ſorore patris 12. vel matris 13. Tùm *Affinitatis*, vid. inceſtum cum uxore patrui 14. nuru 15. uxore fratris relinqventis hæredem maſculum 16. privigna, nepte uxoris 17. & ſorore uxoris 18. β, *Commixtionem* cum menſtruoſa 19. γ, *adulterium* 20. δ, *ſpiritualem* fornicationem cum Molocho 21. ε, Contranaturalem maſculorum Commixtionem 22. ϛ beſtialitatem 23.

Concluſio dehortatur ab illicitis congreſſibus, propter pœnas vitandas 24. 30.

SECTIO II.
DE MANDATIS ALIQVOT divinis, eorumq; executione.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

C. XIX. SAnctificatio hominum per mandata divina ſerio urgetur CAP. XIX, 1. 2.

Mandatorum hæc eſt ſeries:

De reverentia erga parentes, & obſervatione Sabbati 3.

De fugienda Idololatria 4.

De reliqviis ſacrif. pacificorum ante tertium diem comedendis, vel igne conſumendis die tertio 5. 8.

De beneficentia erga pauperes, per collectionem uvarum & ſpicilegia 9. 10.

De vitandis furtis, mendaciis, fraudibus 11. perjuriis 12. oppreſſione proximi, & retentione mercedis operarii 13.

De non maledicendo ſurdo, nec offendendo cæco 14.

De fugienda προσωποληψία in judiciis 15. obtrectatione & falſitate teſtimonii in cauſa ſangvinis 16. invidia 17. & vindictæ cupiditate 18.

De proximo diligendo 18.

De prohibita mixtione diverſorum animalium, ſeminum agri, & veſtimentorum ex lino, & lana 19.

De ſtuprantis ancillam flagellatione 20. ſacrificio 21. & reconciliatione cū Deo 22.

De arborum præputiis per triennium abjiciendis 23. fructibus omnibus quarto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

anno Deo conſecrandis 24. qvinto v: comedendis 25.

De prohibito eſu ſangvinis.

De divinationibus illicitis, & præſtigiis fugiendis 26.

De prohibito luctu, ſuper mortuos, gentili, qvoad raſuram barbæ aut comæ 27. & carnis inciſionem 28.

De filia non proſtituenda 29.

De obſervatione ſabbati, & reverentia Miniſterio debita 30.

De non conſulendis Pythonibus & ariolis 31.

De honore ſenibus exhibendo 32.

De humanitate erga peregrinos 33. 34.

De juſtitia in judiciis & contractibus 35. 36.

Executio mandatorum ſerio urgetur à Jehova 37. propter pœnas, vid. lapidationem, deferentium Molocho cultum CAP. XX, 5. & interitum conſulentium Magos 6. 8. maledicentium patri & matri 9. adulterorum 10. inceſtuoſorum cum noverca 11. nuru 12. concumbentium cum maſculis 13. inceſtuoſorum cum privigna 14. miſcentium ſe beſtiis 15. 16. Inceſtuoſorum cum ſorore 17. concumbentium cum menſtruoſa 18. inceſtuoſorum cum matertera vel amita 19. uxore patrui 20. & fratris 21. CA. XX

Cuſtodia mandatorum divinorum repetitur, tum propter pœnas, ne evomat eos terra 22. neve pereant exemplo gentium Cananæarum 23. tum propter promiſſiones poſſeſſionis fœcundiſſimæ terræ Canaan, & participationes fœderis, qvo à reliqvis populis ſeparandi Iſraelitæ 24. 26.

Deniq; pœna lapidationis Magis ſtatuitur 27.

SECTIO III.

DE SACRIS PERSONIS, ET OBLATIONIBUS.

PERSONÆ SACRÆ

CAP. XXI. I. SACERDOTES, qvibus prohibita Funerum peregrinorum deductio CAP. XXI, 1. 3. Contaminatio ſuper cadavera 4. tonſio capitum, raſio barbæ, & ſtigmatum impreſſio 5. 6. ſed Conceſſum Conjugium honeſtum, non cum compreſſis aut repudiatis 7. additâ Combuſtione fornicatricis filiiæ ſacerdotis 8.

II. SUMMUS PONTIFEX, cui omnium funerum deductio prohibita 9. 11. & data perpetua obſervantia ſanctuarii 12. & ratio conjugii, qvoad Virginem ducendam 13. 15.

III. SACERDOTES *carentes omni ma-*

cu-

cula 16.17. cæcitate, claudicatione, 18. fractura pedis, vel manus 19. gibboſitate, lippitudine, ſcabie 20. Laborantes autem macula ejuſmodi ad Convivia ſacra admiſſi, ab acceſſu in ſanctuarium, & ad altare holocauſti arcebantur 21. 23. Conviviis v: ſacris excludebantur leproſi, CAP. XXII, 1. 2. immundi fluxu, contactu & eſu morticinii 3. 8. ſub pœna mortis 9. mercenarii, filiæ ſacerdotum per conjugium in aliam familiam transeuntes, & omnes alienigenæ 10. 14. ne fiat prophanatio ſacrificiorum 15. 16. CAP. XXII.

OBLATIONUM SACRARUM Conditiones, ut offerantur Immaculata maſcula 17. 21. non cœca, fracta, ſcabioſa 22. 23. concuſſa, contuſa, rupta, exciſa 24. Cautiones adduntur de prohibitis alienigenarum oblationibus 25. de matura ætate oblationis, ut ante diem octavum non offeratur 26. 27. de non mactando fœtu cum matre uno die 28. de reliqviis ſacrificii laudatorii, eodem die comedendis 29. 30. Epilogus inculcat cuſtodiam mandatorum divinorum 31. propter ſanctificationem DEI, in medio Iſraelitarum 32. & miraculoſam eductionem ex Ægypto 33.

SECTIO IV.

DE FESTIS.

CAP. XXIII. FEſta hic deſcribuntur Hebdomadica, videlicet Sabbata CAP. XXIII, 1. 3. Et Anniverſaria 4. videlicet

I. PASCHA, cujus Celebratio incidens in Diem XIV Menſ. Primi inter duas veſperas, per Agni comeſtionem 5. continuata per uſurpationem panum azymorum, diebus ſeptem, è qvibus primus & ultimus convocationi deſtinati, cum interdicto operis 6. 8. *Appendix* additur de primitiarum oblatarum agitatione 9.10. agni oblatione in holocauſtum 12. cum Mincha & Libamine 13. de non guſtandis ſpicis, toſtis, vel virentibus, aut pane novæ ſegetis, ante oblatas primitias 14.

II. PENTECOSTE à die XVI Niſan poſt completas ſeptem ſeptimanas 15. Die L. celebrata per oblationem, α, Minchæ vid. duorum panum fermentatorum pro Tenupha 16. 17. β, holocauſti, vid. ſeptem agnorum, juvenci, & arietum duorum, cum Mincha & Libamine 18. γ, hirci, pro peccato. δ, duorum agnorum in ſacrificium pacificum 19. pro Tenupha in uſum ſacerdotis 20. *Appendix* de mandato Convocationis ſanctæ, in ſtatuum perpetuum, & interdicto operis ſervilis in feſto 21. & ſpicilegii ante feſtum, pro ſublevandis pauperum neceſſitatibus 22.

III. Fe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

III. FESTA SEPTIMI MENSIS, videlic. Tubarum, Expiationis, & Tabernaculorum.

TUBARUM *feſtum*, Primo Die celebratum, pro intimatione Novi Anni politici, & proparaſceve feſtorum ſeqventium, inſigne monimento clangoris tubæ, interdicto operis & ſacrificio 23. 25.

EXPIATIONIS *feſtum* celebratum Die X. cum holocauſtis, jejuniis ſingularibus, & interdicto operis ſub pœna capitali 26. 32.

TABERNACULORUM *feſtum*; Cujus, primus Dies vid. XV. ſingulariter ſolennis eſſet, per convocationem ſanctam, ceſſationem ab operibus ſervilibus, & oblationem ſacrificiorum, reliqvi dies ſacrificiis etiam inſignes eſſent 33. 36.

Dies autem octavus, vid. XXII. ſingulariter etiam ſolennis eſſet per ſacrificia, & ceſſationem ab operibus ſervilibus -36.

Concluſio generalis feſtorum 37. 38. & ſpecialis rituum feſti Tabernaculorum, ſeu tegillorum, ex frondibus arborum qvarundam contextorum, pro lætitia coram Jehova 39. 41. in memoriam habitationis Iſraelitarum in tabernaculis, & peregrinationis in deſerto 42. 44.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SECTIO V.
DE VARIIS LEGIBUS.

LEGES Divinæ.

CAP. XXIV. I. *De Oleo puriſſimo* ad accendendas lucernas CAP. XXIV, 1. 4.

II. *De XII. panibus propoſitionis* conficiendis ex pura ſimilæ farina 5. collocandis in binis ordinibus 6. conſpergendis thure puro 7. renovandis ſingulis ſabbatis 8. conceſſis Aroni & filiis ejus 9.

III. *De pœna blaſphemiæ*, vid. Lapidatione, blaſphemo juxta decretum Dei irrogandâ 10. 16.

IV. *De Jure Talionis*, videlicet pœna Capitali homicidæ 17. reſtitutione beſtiæ occiſæ 18. fractura pro fractura, oculo pro oculo, dente pro dente &c. 19. 22. ſubjungitur executio Lapidationis blaſphemi 23.

CAP. XXV. V. *De Sabbato agrorum* & vinearum, ſeptimo qvovis anno qvieſcentium CAP. XXV, 1. 5. cujus fructus Communis eſſet hominibus 6. & animantibus 7.

VI. *De ANNO JUBILÆO* ſeu L, 8. proclamando Menſ. VII. Die X. ſive feſto Expiationis per clangorem Tubæ ſuper univerſam terram 9. & ſanctificando 10. *Cujus Privilegia*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

(1) *Libertas.*

(2) *Reditus* ad poſſeſſionem & famili-
am 10.

(3) *Quies* agrorum ab agricultura 11.

(4) *Perceptio* ſponte naſcentium, omnibus conceſſa 12.

(5) *Repetitio* reditus ad poſſeſſiones 13.

(6) *Ratio vendendi*, & emendi 14. uſum fructum agrorum juxta numerum annorum elapſorum à jubilæo. Si enim plures ſupereſſent anni ad jubilæum, & plurium annorum proventus interea ad emptorem redire poſſent, venditio ſtatueretur pretii majoris: Si pauciores, minoris 15. 16. propter prohibitionem impoſturæ in contractibus 17.

(7) *Promiſſio divina* de tuta ſede, & fructu commodo 18. 19. imo triplicis proventus, benedictione futura anno qvovis ſexto, opponenda qvieti anni ſeptimi 20. 22.

(8) *Ratio redimendi poſſeſſiones* Iſraelitarum & Levitarum.

Iſraelitis conceſſa poteſtas redimendi, Tum agros ſuos 23. 24. vel per propinqvos 25. vel per ſeipſos, qvando locupletiores evaſerint, ſupputatâ Exceptione proventus, excepti ab anno venditionis 26. 27. Regreſſio

autem ad agros in Jubilæo fieret, nullâ factâ redemptione 28.

Tum *domos ſitas*, vel in urbibus muratis, qvarum redemptioni tributum eſt tantùm ſpatium annuum. Si enim intra illud non redimerentur, emptor eas perpetuo, imo etiam in anno Jubilæo retineret 29.30. Vel in villis, qvæ aut redimendæ, aut in Jubilæo ad priſtinum Dominum rediture 31.

Levitarum poſſeſſiones urbanæ Vendi qvidem poterant, ſed perpetuo redimendæ 32. & in Jubilæo ad priſtinum herum redituræ 33; ruſticæ autem, propter conſervationem Miniſterii, vendi non debebant 34.

VII. *De Uſura* à pauperibus non exigenda 35.38.

VIII. *De Servis*, Tùm *Ebræis*, qvi ſe Iſraelitis vendiderant, non duriter tractandis 39. ſed mercenariorum inſtar fovendis, vel ad annum ſeptimum, vel perforata aure ad Jubilæum 40. ſed libertate poſtea donandis 41. 43.

Tùm *peregrinis* ſive gentilitiis manentibus apud Iſraelitas, qvibus perpetuo ſervirent 44. 46.

Tum *deniq; Ebræis* vendentibus ſe alienigenis, qvibus concedebatur vel jus redemptu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

pturæ per ſeipſos, aut propinqvos 47. 53. vel libertas in anno Jubilæo 54. 55.

IX. *De dehortatione ab idololatria,* & adhortatione ad ſanctificationem ſabbatorum CAP. XXVI, 1. 2. CAP. XXVI.

PARS SEXTA
DE OBSIGNATIONE DECALOGI PER BENEDICT. & Maledictiones, Vota & decimas.

SECTIO I.
DE BENEDICTIONIBUS & Maledictionibus.

Benedictiones piis promiſſæ ſunt,

(1) *Abundantia* frugum, & duratio trituræ ad Vindemiam, & Vindemiæ ad ſementem 3. 5.

(2) *Pax* & tranqvillitas beſtiis & bellis 6.

(3) *Victoria* ſuper hoſtes 7. 8.

(4) *Multiplicatio* ſobolis 9.

(5) *Conſervatio bonorum* per veterum & novorum copiam 10.

(6) *Præſentia & habitatio* Dei in medio eorum 11. 13.

Maledictiones impiis propoſitæ 14. 15.

(1) *Morbi,* vid. tabes, febris, item terror 16.

(2) *Ho-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

(2) *Hoſtium incurſio* -16. & dominium 17.
(3) *Cœlum ferreum*, terra ænea 18. 19. & ſterilitas terræ ac arborum 20.
(4) *Immiſſio* ferarum 21. 22.
(5) *Bellum*
(6) *Peſtis* 23. 25.
(7) *Fames* graviſſima, per denegationem ſaturitatis, & comeſtionem liberorum 27. 29.
(8) *Devaſtio* incolarum 30. civitatum 31. & terræ ipſius 32.
(9) *Exilium* & diſperſio inter gentes 33. terrâ interea qvieſcente 34. 35.
(10) *Terror panicus*, & fuga, propter foliũ, à vento impulſum 36.
(11) *Perditio* & diſſolutio totalis 37. 39.

III. *Medium* evadendi pœnas eſt, Reliqviarum ſervandarum *pœnitentia*,

Cujus *partes*: *Contritio* per Confeſſionem iniqvitatis 40. humiliationem cordis incircumciſi 41. mulctæq; exſolutionem:

Et Fiducia in Deum recordantem pacti ſui, ad qvod reducerentur, non totaliter rejiciendi, ob Verbi Divini contemptũ 42. 45.

Concluſio generalis 46.

SECTIO II.
DE VOTIS, ET DECIMIS.

Voto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

V*Otorum ſpecies materiales*

I. Homines, redimendi ratione ætatis

α, A vicenariis ad ſexagenarios, Maſcu- CAP.
li L. ſiclis ſanctuarii CAP. XXVII, 1. 3. fœ- XXVII.
minæ XXX. ſiclis 4.

β, ab ætate annorum V. ad XX. maſculi XX, fœminæ vero V. ſiclis 5.

γ, ab ætate menſis unius ad annos V. maſculi V. Fœminæ vero III. ſiclis 6.

δ, ab ætate annorum LX & ſupra, maſculi XV. Fœminæ vero X. ſiclis. 7.

Pauperum autem habita ratio ſecundum judicium ſacerdotis 8.

II. Animalia munda, vel Immunda: Munda & ſacrificiis apta, non redimenda, ſed ſi alia pro iis ſubſtituebantur, utraq; & votiva & ſuccedanea Deo conſecranda: *Immunda* autem redimenda juxta æſtimationem ſacerdotis, additâ mulctâ temeritatis voventium, vid. parte qvinta pretii. 9. 13.

III. Domus devotæ, qvæ aut ſacerdotum uſui inſervirent 14. aut redimendæ juxta æſtimationem, & mulctâ qvintæ partis 15.

IV. Agri Votivi, vel Hæreditarii, vel Emptitii.

Hæreditarii, aut redimendi, vel ſtatim à Jubilæo tot ſiclis L, qvot coris hordei ad ſementem opus eſſet 16. 17. vel poſt elapſos aliqvot annos à Jubilæo per detractionem

tot

tot ſiclorum, qvot anni à Jubilæo elapſi erant 18. & additionem qvintæ partis 19: aut non redempti à vovente, ſed alteri per ſacerdotem venditi, tum nunqvam amplius redimendi, ſed in Jubilæo in poſſeſſionem ſacerdotum tranſituri 20. 21.

Emptitii agri, redimendi à Vovente, ſed anno Jubilæo ad priorem herum redituri 22. 24. In redempturæ autem pretio ſiclus ſanctuarii uſitatus erat 25.

V. Primogenita animalium immundorum, qvæ aut redimenda cum addimento qvintæ partis, aut vendenda 26. 27.

VI. Anathemata ſemel Deo devota, nunqvam vendenda, vel redimenda 28. Homines a: exitio devoti, omnino morituri 29.

DECIMÆ *aliæ ſunt ſeminum terræ, aliæ fructuum arborum*, qvæ redimi poterant taxato pretio, & qvinta parte ſuperaddita 30. 31: aliæ vero boum, & oviũ, qvæ non redimendæ, nec permutandæ, ſub pœna exhibitionis utriusq; animalis, tùm conſecrandi, tùm permutati 32. 33.

Concluſio Levitici 34.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

LIBER QVARTUS

EBr. Bamidbar, Gr. Ἀριθμοὶ: Numeri, qvia numerantur heic Iſraelitæ per tribus, ſecundũ ordinem caſtrorum, ad qvatuor Mundi plagas, numerantur primogeniti & Levitæ, circa Tabernaculum excubantes, numerantur munera principum, feſta, Manſiones &c. En Itinerarium Iſraeliticum, & ſpeculum politiæ, dum Lex ad uſum in vita & moribus transfertur. Facile qvidem eſt condere Leges, ſed difficilimũ, mores legibus conformare. Occurrunt heic multæ triſtes hiſtoriæ, & pœnæ rebellibus inflictæ. Eccleſia, inter varias difficultates per deſertum divinitus regitur, & ſervatur ſine humanis præſidiis. Datur Man, dantur carnes, aqva è petra emanat, obtinentur victoriæ &c. Hæc typi noſtri fuerunt, ne murmuremus aut tentemus Chriſtum, ſicut qvidam eorum tentarunt eum, & igneis ſerpentibus extincti ſunt, alii a: propter murmura incendio, gladio, lue proſtrati, alii hiatu terræ abſorpti ſunt. Hæc typice eveniebant iis, ſed ſcripta ſunt πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, qvi in hanc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

hanc ultimam ætatem Mundi incidimus.

Typi Meſſiæ ſunt.

α. Nazaræi c. 6. β. Man c. 11. γ. Virga Aronis florida c. 17. δ. Aqva cineri vaccæ rufæ infuſa, hyſſopo immundis aſperſa c. 19. ε. Petra fundens aqvas c. 20. ϛ. Serpens æneus exaltatus, ſanans ictos à ſerpentibus c. 21.

Prophetia Bileami de CHRISTO, ſtella ex Jacob, & ſceptro ex Iſraele ſurgente c. 24.

Chronologia Continet Acta ab initio Menſis II, Anni II, poſt Exitum ex Ægypto, ad initium Menſis XI, Anni XL.

PARTES SUNT SEX.

I. DE NUMERATIONE Iſraelitarum c. 1. 4.

II. De aliqvot Ordinationibus divinis 5. 9.

III. De Internis Impedimentis Iſraelitarum 10. 16.

IV. De Ordine Eccleſiaſtico 17. 19.

V. De Externis Impedimentis Iſraelitarum 20. 25.

VI. De Variis DEI Mandatis 27. 36.

SCHE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SCHEMATISM. NUMERORUM.

I. DE NUMERATIONE Iſraelitarum.

Conſideretur

- Duodecim Tribuum
  - Numeratio: 603550. 1.
  - Diſpoſitio in caſtris circum Levitas, Tabernaculum cingentes: Exercitus
    - Jud. Iſ. Zeb. Orientalis. 2.
    - Rub. Sim. Gad Meridion.
    - Eph. Man. Benj. Occid.
    - Dan, Aſ. Nepht. Sept.
- Levitarum
  - Vocatio & adoptio loco primogenitorum. 3.
  - Recenſio prior à maſculo unius menſis: 22000.
  - Miniſterium dum portarent 4.
    - Caathitæ arcam, menſam, altaria &c.
    - Gerſonitæ tecta, & vela.
    - Meraritæ tabulas, &c.
  - Recenſio poſterior à trigenariis ad quinquagenarios: 8580.

II. DE ALIQVOT ORDINATIONIBUS DIVINIS.

ORDINATIONES DIVINÆ DE	Ejiciendis ex caſtris leproſis.		5.
	Expiatione Impoſtorum.		
	Zelotypiâ, cujus	Occaſio,	
		Proceſſus,	
		Eventus.	
	Nazareatu, cujus	Conditiones,	6.
		Complementum.	
	Benedictione Eccleſiaſtica.		
	Oblationibus XII. Principum.		7.
	Conſecratione Levitarum.		8.
	Paſchate	Ordinario,	9.
		Extraordinario.	

III. DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

III. DE MURMURATIONIBUS ISRAELITARUM.

- *Murmura in*
  - *Iter cujus*
    - *Signum, Indictio per tubas argenteas.* 10.
    - *Ordo per 4 vexilla.*
    - *Comites*
      - *Arca fœderis,*
      - *Nubes.*
  - *Deſerto Paran, dum*
    - *Tabera, ubi extremitas caſtrorum igne conſumpta.* 11.
    - *Sepulchris Concupiſcentiæ, ubi facta*
      - *Conſtitutio Synedrii per 70. ſeniores.*
      - *Adductio coturnicum ad caſtra.*
    - *Haſerot, ubi Miriam percuſſa leprâ.* 12.
    - *Totus cœtus ob relationem X Exploratorũ voluit lapidare ſervos Dei: Cujus ſeditionis conſequentia*
      - *Facta*
        - *Error per 40 an. in deſ.* 13.
        - *Interitus*
          - *omniũ 20 an. ſuperant.* 14.
          - *X. Exploratorũ.*
      - *Mandata de*
        - *additamentis ſacrif.* 15.
        - *primitiis.*
    - *Core, Datan, Abiram & complices extincti ſunt.* 16.
    - *Totus cœtus ob pœnam ſeditioſorum murmuravit, quocirca perierunt 14700.*

IV. DE ORDINE ECCLESIASTICO.

Ordinis ſacri Confirmatio per

- *Miraculum florentis Virgæ* 17
- *Sacerdotum*
  - *Officium,* 18
  - *Stipendium.*
- *Levitarum*
  - *Miniſterium,*
  - *Stipendium.*
- *Aquam Luſtralem cujus*
  - *Præparatio,* 19
  - *Uſus.*

V. DE IMPEDIMENTIS ISRAELITARUM.

In Kades à R. Edomæo tranſitum denegante. 20.

In Hor a. R. Cananæo Arad devicto. 21.

Ulterius à ſerpentibus ignitis, quorum morſibus remedium adhibitum, per erecti æneì ſerpentis intuitum.

à Regib. Amorræis Sihon & Og occiſis.

à Rege Moab Balako, advocante Bileamum ad maledicendum Iſraelitis, quibus juxta nutum Dei ter benedixit: laudes eorum Venuſtiſſimè depingens, & vaticinium addens de Chriſto, ſtella ex Jacob. 22. 23. 24

à Moabitis & Madianitis per Fornicationem Corporalem & Spiritualem, cujus pœnæ { *ſuſpendium principum occiſio idololatrarum.* — *Peſtis ſedata per zelum Phineæ.* } 25.

VI. DE VARIIS DEI MANDATIS.

Mandata DEI in Campeſtribus Moab de

- Numeratione Iſraelitarum, XX. annos attingentium; 601730; Et Levitarum 23000. 26
- Jure ſucceſſionis in hæreditatibus. 27
- Subſtitutione Joſuæ in locum Moſis.
- Sacrificiis
  - quotidianis, 28
  - ſabbaticis,
  - menſtruis,
  - anniverſariis feſtorum ſolenniū 29
    - Paſchat.
    - Pentec.
    - Tubar.
    - Expiat.
    - Tabernac.
- Votis
  - Virorum
  - ſexus fœminei. 30
- Bello Midianitico cujus circumſtantiæ
  - Victoria. 31
  - Expiatio militum & ſpoliorum,
  - Diviſio prædæ in duas partes, quarum una militibus, altera toti cœtui tribuenda.
  - Oblatio Centurionum voluntaria.
- Poſſeſſione Regionis cis Jordanem aſſignata Gaditis Rubenitis & dimid. trib. Manaſſ. 32
- Catalogo XL Manſionum. 33
- Limitibus, & Diviſione Canaan. 34
- Urbibus Levitarum, & aſylis pro homicidis. 35
- Poſſeſſionibus à tribubus propriis per conjugia non alienandis. 36

NUME-

NUMERORUM
PARS PRIMA.
DE NUMERATIONE ISRAELITARUM.

SECTIO I.
DE XII. TRIBUUM NUMERATIONE, & diſpoſitione Caſtrorum.

NUmeratio XII. Tribuum, juxta mandatum Dei promulgatum poſt Exitum ex Ægypto An. II. Menſ. II. Die I. qva numerati omnes Maſculi annorum XX. & eos ſuperantes, per Moſen, Aronem & adjunctos Cenſores XII. Principes CAP. I, 1. 4. qvi hoc ordine recenſentur, vid. de familia Rubenis Elieſur 5. Simeonis Selumiel 6. Juda, Nahſon 7. Iſaſcharis Nathanael 8. Zebulonis Eliab 9. Ephraim, Eliſama, Manaſſis Gamliel 10. Beniaminis Abidan 11. Dan Ahiezer 12. Aſer Pagiel 13. Gad Eliaſaph 14. Nepthali Ahira 15. Numeratio hæc facta eſt in deſerto Sinai dum numerati ſunt Ex Tribu CAP. I.

Ruben	46500.	20. 21.
Simeon	59300.	22. 23.
Gad	45650.	24. 25.

Juda	74600.	26. 27.
Iſaſchar	54400.	28. 29.
Zebulon	57400.	30. 31.
Ephraim	40500.	32. 33.
Manaſſis	32300.	34. 35.
Beniamin	35400.	36. 37.
Dan	62700.	38. 39.
Aſer	41500.	40. 41.
Nephthali	53400.	42. 43.

Qvorum ſumma 603550. 44. 46. Qva numeratione excluſi ſunt Levitæ, Tabernaculum portantes & erigentes 47. 51.

Diſpoſitio Caſtrorum 52. circum Levitas tabernaculum proxime cingentes 53. 54. ſub IV. Vexillis Majoribus, verſus IV. Orbis plagas diſpoſitis. *Exercitus Orientalis* ex Trib. Juda, Iſaſchar & Zebulon 186400. CAP. II, 1. 9. *Meridionalis*, ex trib. Ruben, Simeon & Gad 151450. 10. 16. Poſt exercitum Orientalem & Meridionalem inſeritur profectio Levitarum 17. *Occidentalis* ex trib. Ephraim, Manaſſis & Beniamin 108100. 18. 24. *Septentrionalis* ex trib. Dan, Aſer & Nepthali 157600. 25. 31. Qvorum ſumma 603550. 32. exceptis Levitis 33. 34.

CAP. II.

SECTIO II.

DE LEVITARUM MINISTERIO, & recenſione gemina.

LEVI-

LEVITARUM, I, *Vocatio* qvoad perſonas principales, Moſen, Aronem, & filios ejus CAP. III, 1. 4, & qvoad Tribum Levi, ſacerdotibus divinitus adjunctam, pro miniſterio expediendo 5. 6. circa Cuſtodiam Tabernaculi, & obſervationem cultus divini, ſacerdotibus præſcripti 7. 10. Et adoptio loco primogenitorum 11. 13. CAP. III

II, *Recenſio prior à Maſculo unius Menſis & ſupra*, dum numerati ſunt 14. 16. Ex familia Gerſonitarum 7050, qvorum ordo in caſtris ad partem Occidentalem Tabernaculi: Caathitarum 8060. ad latus Meridionale: Meraritarum 6020. ad latus Septentrionale 17. 37. Moſis autem & Aronis ac filiorum ejus Ordo in parte Tabernaculi anteriore ad Orientem 38. Qvorum ſumma 22000. 39. Primogenitorum autem numerus à maſculo Menſis unius & ſupra, inventus eſt 22273. 40. 45. Propter exceſſum igitur 273. primogenitorum ſupra Levitas, pro ſingulis primogenitis redimendis qvini ſicli numerati ſunt Moſi h. e. 1365, uſibus ſacerdotum deſtinati 46. 51.

III, *Miniſterium, α, Caathitarum* CAP. CAP. IV
IV, 1. 4. qvi arcam menſam candelabrum & altare thymiamatis, cum inſtrumentis à ſacerdotibus involuta pannis hyacinthi-

nis 5.12. & altare holocauſti involutum panno purpureo portarent 13.14. à præfecto Eleaſaro & ſacerdotibus oneri involuto admoti 15.20.

β, *Gerſonitarum*, qvi Tabernaculi operimenta, ejusq;, & Atrii Cortinas, & vela portarent 21.27. Sub præfecto Ithamar 28.

γ, *Meraritarum*, qvi Tabernaculi tabulas, ejusq;, & atrii columnas, & baſes portarent 29.32. etiam ſub præfecto Ithamar 33.

IV, *Recenſio poſterior à trigenariis ad quinquagenarios*, Ex familia Caathitarum 2750. 34. 37. Gerſonitarum 2630. 38. 41. Meraritarum 3200. 42.45. Qvorum ſumma 8580. 46. 49.

PARS SECUNDA DE ALIQVOT ORDInationbus Divinis.

SECTIO I.

DE EJECTION E EX CASTRIS, Emendatione falſitatis, oblationibus & Zelotypia.

CAP. V. E*Jiciendi ex caſtris* Leproſi, fluxu laborantes, & polluti ſuper mortuos CAP. V, 1.4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Emendatio falſitatis, ſive Expiatio Impoſtorum 5.6. per confeſſionem ingenuā coram Deo, reſtitutionem ſummæ, & additamentum qvintæ partis 7.8.

Oblationes qvævis ſacerdotibus tribuendæ, nec in profanos uſus convertendæ 9.10.

Zelotypiæ Occaſio, Proceſſus & Eventus.

Occaſio, Mulier ob adulterium Viro ſuſpecta 11.14.

Proceſſus, tum qvoad maritum adducentem uxorem, cum Mincha ſine thure & oleo. 15. tum qvoad ſacerdotem, α, præparantem aqvas maledictionis, pulvere ſanctuarii commixto aqvis labri æenei 16.17.

β, nudantem Caput mulieris.

γ, ponentem ſuper manum mulieris oblationem, & aqvas amaritudinis ſuper manum ſuam 18.

δ, adjurantem mulierem, cui innocuæ immunitatem à maledictionibus 19. ſed reæ tabem femoris, & tumorem uteri denunciavit, addito Voto mulieris, Amen, Amen 20. 22.

ε, ſcribentem maledictiones in membrana, delendas aqvis maledictis 23.

ϛ, elevantem oblationem coram Domino 24.26-

ζ, Ex-

ζ, Exhibentem mulieri aqvas maledi-ctas -26.

Eventus: Si mulier eſſet rea, inflato ventre comprutesceret femur ejus 27. Si innocens eſſet, non noceret ei maledictio, ſed fœcunda redderetur 28. adjectâ ſummariâ Concluſione 29. 31.

SECTIO II.

DE NAZARÆATU, ET BE-nedictione Eccleſiaſtica.

NAzaræatus Conditiones, & Complementum.

Cap. VI *Conditiones* Cap. VI, 1. 2. α, abſtinentia à Vino 3. uvis ſiccis 4. tonſura 5. & ab ingreſſione ad mortuos 6. 7. β, Tractatio ſacrarum meditationum 8. γ, Expiatio poſt contaminationem ſuper mortuos, per raſuram capitis 9. & ſacrificia 10. 12.

Complementum & Abdicatio per ſacrificiorum oblationem 13. 17. capillorum abraſorum combuſtionem 18. portionum ſuper manus Nazaræi impoſitionem, conceſſarum ſacerdotibus, præter pectus Tenupha, & armum Truma 19. 20- deniq; per Vini à Nazaræo uſurpationem -20. addita concluſione 21.

Benedictionis Eccleſiaſticæ Summa & Symbolum.

Sum-

Summa per formulam Verborum 22. 23. Benedicat tibi Deus, & cuſtodiat te ɔ: Deus Pater ſervet te providentia ſua ab omni malo 24. Illuminet faciem ſuam ſuper te & miſereatur tui ɔ: Deus Filius redimet te à peccatis 25. Levet faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem ɔ: S. S. applicet tibi beneficia Chriſti 26.

Symbolum per poſitionem Nominis Divini ſuper Iſraelitas, divinitus benedicendos, additâ ſine dubio protenſione manus ſacerdotis 27.

SECTIO III.
DE OBLATIONIBUS XII. Principum.

DONA XII. *Principum* deſtinata tum *Tabernaculo & atrio*, tum *Altari holocauſti.* CA. VII,

In Uſum Requiſitorum Tabernaculi & Atrii, obtulerunt XII. Principes Tribuum CAP. VII, 1. 3. *ſex plauſtra tecta, & duodecim boves* qvorum bini ſingula plauſtra traherent, reqviſitis Tabernaculi vehendis deſtinata 4. 6. Tradita ſunt autem Gerſonitis duo plauſtra, & 4 boves 7. Meraritis qvatuor plauſtra & octo boves 8. nulla v: Caathitis, qvi ſacram ſupellectilem humeris portarent 9.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

In Uſum Dedicationis Altaris Holocauſti dona obtulerunt XII. Principes, XII. continuis diebus 10. 11. videlicet

Die I, Naſon 12. obtulit, α, patinam argenteam ſicl. 130. & phialam argenteam ſicl. 70. ambas plenas ſimila conſperſa oleo in Mincham 13. β, cochlear aureum 10. ſicl. plenum ſuffitu 14. γ, In holocauſtum juvencum, arietem & agnum 15. In ſacr. pro peccato hircum 16. in ſacrif. pacif. duos boves, qvinq; hircos, & qvinq; agnos 17. Reliqvi autem principes ſinguli, totidem etiam obtulerunt vid.

Die II, Nathanael Princeps Iſaſchar 18. 23.
III, Eliab Princeps Zebulon 24. 29.
IV, Eliſur Princeps Ruben 30. 35.
V, Selumiel Princeps Simeon 36. 41.
VI, Eliſaph Princeps Gad 42. 47.
VII, Eliſama Princ. Ephraim 48. 53.
IIX, Gamliel Princ. Manaſſis 54. 59.
IX, Abidan Princ. Benjamin 60. 65.
X, Ahiezer Princeps Dan 66. 71.
XI, Pagiel Princeps Aſer 72. 77.
XII, Ahira Princeps Napthali 78. 83.

Summa autem *Donorum*, Tum *Inanimatorum*, vid. Argentearum patinarum XII, & totidem phialarum, 2400. ſiclorum, 84. 85. Aureorum cochlearium XII, ſiclorum 120. 86:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

86: *Tum Animatorum*, oblatorum in holocauſtum XII. juvencorum, & totidem arietum & agnorum cum Mincha 87. In ſacrif. pro peccato XII. hircorum 87. In ſacrif. pacif. juvencorum XXIV, arietum LX & totidem hircorum item agnorum anniculorum 88.

Sectio IV.
DE CONSECRATIONE Levitarum.

C*Onſecrationis Levitarum*,

I. *Præparatio* tùm qvoad Moſen conſulentem Deum, & reſponſum divinum de operculo propitiatorii accipientem 89: tùm qvoad Aronem accendentem ſeptem lucernas Candelabri Cap. IIX, 1. 4. Ca. IIX.

II. *Ritus*, Separatio Levitarum à turba, aſperſio aqvæ luſtralis, raſura Capitis, lotio veſtimentorum, oblatio duorum juvencorum, unius in holocauſtum, alterius pro peccato in præſentia populi, Impoſitio manuum Iſraelitarum ſuper Levitas, adoptatos ad miniſterium loco primogenitorum, Impoſitio manuum Levitarum ſuper juvencos, & expiatio pro auſpicio miniſterii 5. 22.

III. *Tempus*, Annus XXV. à qvo tyroci-

ni-

nium peragerent ad an. XXX, à qvo miniſterium perfecte exeqverentur uſq; ad an. L, à qvo non amplius miniſtrarent, ſed Inſpectores junioribus præficerentur 23. 26.

SECTIO V.
DE ORDINATIONE PASCHATOS.

CAP. IX *Paſcha ordinarium*, celebratum qvotannis Menſ. Prim. Die XIV. CAP. IX, 1. 5.

Extraordinarium, in caſibus immundiciei ſuper cadavera, & itineris, celebratum Menſ. Secund. Die XIV. 6. 12.

Ordinarium ſancitum per pœnam exterminationis transgreſſoribus infligendã 13.

Utrumq; Confirmatum per eandem rituum obſervationem, & advenis & indigenis imperatam 14.

PARS TERTIA
DE ISRAELITARUM INTERNIS IMPEDIMENTIS, vid. Murmurationibus eorum.

SECTIO I.
DE AUSPICIO ITINERIS, è deſerto Sinai.

ITineris Iſraelitarum è Deſerto Sinai ſuſcepti,

I. SIGNUM, Tum *Nubes* Tabernaculo erecto ſtatim incumbens, visâ ſimul noctu ſpecie ignis 15. 16. Nubis autem Qvies commorandi, & Motus caſtra movendi indicium erat 17. 23.

Tûm *Indictio per duas tubas* argenteas CA. XX, 1. 2. qvarum Uſus, ad Convocandos populos per clangorem unius 3. & principes per clangorem utriuſq; 4. & ad claſſicum canendum ſive expeditionem ſuſcipiendã 5. 7. Clangentibus ſacerdotibus 8. tempore belli 9. & pacis, in feſtis, & ſacrificiorum oblationibus 10. CAP. X.

II. TEMPUS, Dies XX. Menſ. II. Ann. II. poſt exitum ex Ægypto 11. 13.

III. ORDO diſpoſitus per 4. Acies ſeu vexilla, videlicet

α, Judæ cum Exercitu prophano, vid. ſuo 14. item Iſaſchar 15. & Zebulon 16. Et ſacro vid. Gerſonitarum & Meraritarũ 17.

β, Rubenis cum Exercitu prophano, vid. ſuo 18. Simeonis 19. & Gad 20. & ſacro vid. Caathitarum 21.

γ, Ephraim cum Exercitu ſuo 22. Manaſſis 23. & Benjamin 24.

δ, Dan cum Exercitu ſuo 25. Aſer 26. & Nephthali 27. 28.

IV. Comites (1) *Hobab* ad iter invitatus à Moſe 29.32. (2) *Arca* fœderis præcedens ad explorandam reqviem 33. (3) *Nubes* caſtris proficiſcentibus imminens 34. (4) *Moſes* orans tempore profectionis: *Surge Domine & diſſipentur Inimici tui, & fugiant qui oderunt te de facie tua* 35. tempore qvietis; *Revertere Domine ad multa millia Iſrael* 36.

SECTIO II.
DE MURMERE POPULI in Tabera, & ſepulchris Concupiſcentiæ.

Populus murmuravit contra Deum,

CAP. XI. *I. In Tabera*, punitus per ignem cœlitus immiſſum, qvo conſumpta extremitas caſtrorum, ſed relevatus juxta preces Moſis extincto igne CAP. XI, 1. 3.

II. In Sepulchris Concupiſcentiæ, expoſcens carnes 4. propter memoriam piſcium, cucumerum, & alliorum Ægyptiacorum 5. contemnensq; Man 6. cujus figura rotunda, color albus 7. ſapor ſvavis, præparatio & acqviſitio facilis 8. 9.

Hinc ſeqvebatur (1) *Moſis cum Deo expoſtulatio*, propter onus gubernationis 10. 15.

(2) *Re-*

(2) *Remedium promiſſum*, Tùm *contra Moſis impatientiam* per dona Spiritûs Sancti in Synedrion 70. Seniorum conferenda 16. 17. Tùm *contra populi Intemperantiam* per promiſſionem carnium ex manu Dei nunqvam abbreviata, oppoſita diſqviſitioni Moſis rationali 18. 23.

(3) *Remedium Exhibitum Impatientiæ Moſaicæ*, per dona prophetica 70. ſenioribus, qvorum numero additi Eldad & Medad in caſtris remanentes, collata 24. 29: Et *Intemperantiæ Iſraeliticæ*, per coturnicum è mari per ventum ad caſtra adductionem 30 31. & collectionem 32.

(4) *Pœna populi* per peſtem, indens loco nomen: Sepulchra Concupiſcentiæ 33. 34.

SECTIO III.
DE MURMURE MARIÆ & Aronis contra Moſen in Haſerot.

IN *Haſerot, Maria & Aron cum* fratre *Moſe* manſvetiſſimo *expoſtularunt*, propter uxorem ejus Ægyptiacam, & dona divinitus ei conceſſa CAP. XII, 1.3. Deus vero aliis prophetis prætulit Moſen ſervum in domo ſua fideliſſimum, cui ore ad os ɔ: familiariter CAP. XII.

& præſenter loqveretur, Aronem & Mariam graviter increpavit, eamq; percuſſit leprâ 4. 10. qvæ interceſſione Aronis ad Moſen 11. 12. & Moſis ad Dominum ſublata poſt ſeptiduum 13. 15.

SECTIO IV.

DE MURMURE POPULI in deſerto Paran ob relationem Exploratorum.

C. XIII. *S*Editionis hujus conſiderentur *Antecedentia, Conjuncta & Conſequentia.*

Antecedentia ſunt *Exploratorum* α, *Electio* è XII. Tribubus CAP. XIII, 1. 17. β, *Inſtructio* de Conſideratione populi & terræ 18. 21. γ, *Profectio generalis* à deſerto Sin ad montem Libani. 22. *& ſpecialis* tùm ad Hebron, ubi filii Enach Gigantis 23. tùm ad vallem Eſchol, ubi acceperunt palmitem plenum uvis, mala granata & ficus 24. 25. δ, *Reditus* poſt diem XL. 26.

Conjuncta (1) *decem Exploratorum relatio*, Iſraelitis terrorem incutiens, propter urbium munitionem & fortitudinem Cananæorum 27. 34.

C. XIV. (2) *Fletus Iſraelitarum* murmurantium, & reditum in Ægyptum meditantium Cap. XIV, 1. 4. Moſe & Arone rogantibus

eos, ut ad ſaniorem mentem redirent 5.

(3) *Joſuæ & Calebi relatio*, de fœcunditate terræ Canaan, lacte & melle affluentis 8. ac de divina protectione à Cananæis averſa, & Iſraelitis adfutura 9.

(4) *Protervia populi* volentis lapidare ſervos Dei 10-

Conſequentia, Facta Varia & Mandata divina.

Facta ſunt α, *Apparitio gloriæ* divinæ in tabernaculo, qvâ ſervi Dei à rabie populari protecti -10. additâ Comminatione peſtis populi obſtinacis, & promiſſione amplificationis familiæ Moſaicæ 11. 12.

β, *Interceſſio Moſis* petentis à Deo condonationem, ne blaſphemetur nomen ejus 13. 15. ſed magnificetur fortitudo ejus 17. 18. juxta exempla priorum miſerationum 19.

γ, *Condonatio Dei remittentis totale exciſum* 20. introitum in Canaan murmurantibus denegantis, ſed Calebo concedentis 24. & demandantis regreſſum ad mare rubrum 25.

δ, *Pœna divina*, vid. Comminatio Interitus omnium viginti annos ſuperantiū, exceptis Calebo Joſva & parvulis 26.32: Et error Iſraelitarum per XL. annos in deſerto juxta numerum dierum explorationis 35.

ε, *Interitus* repentinus X. *Exploratorũ* 36.

ϛ, *Conſervatio Joſuæ & Calebi* 37.

ζ, *Indicatio Verborum* Dei facta populo per Moſen 38.

η, *Cædes Iſraelitarum* per Amalechitas & Cananæos 39.

Mandata Divina Iſraelitis, viceſimum annum nondum attingentibus, eorumq; poſteris in Canaan obſervanda.

CAP. XV. I. *De additamentis* ſacrificiorum, vid. certis proportionibus Minchæ & Libaminis addendis ſacrificiis Agni CAP. XV, 1. 5. arietis 6. 7. juvenci 8. 12. tùm ab indigenis tùm ab advenis 13. 16.

II. *De primitiis* primæ maſſæ ſubactæ levandis 17. 21.

III. *De expiatione peccati* per ignorantiam totius cœtus 22. 26. & privati cujuspiam 27. 29.

IV. *De ſupplicio Capitali* peccantium manu elatâ ſive ex propoſito 30. 31. & lapidatione colligentis ligna die ſabbati 32. 36.

V. *De fimbriis memorialibus* faciendis pro recordatione mandatorum Dei 37. 41.

SECTIO V.

DE SEDITIONE CORE, Datan & Abiram.

CORE Levita, Datan, Abiram & On Rubenitæ cum 250 Complicibus, inſultarunt Moſi & Aroni, dominium illius politicum, & hujus Eccleſiaſticum vituperantes Cap. XVI, 1. 3. qvocirca per Moſen reprehenſi & graviſſime puniti ſunt à Deo, cui Moſes ſupplex factus, pro tumultus ſedatione 4. Cap. XVI.

Reprehenſio Moſis continet Apologiam adminiſtrationis ſacerdotalis & politicæ, Contra Conjuratos, α, *Contra Core & congregationem ejus*, per ſignum divinitus dandum, ex qvo pateſceret, qvinam officio ſacerdotali fungerentur 5. 7.

β, *Contra ipſum Core* 8. per objectionem Ingratitudinis, qvòd non contentus miniſterio Levitico, ſacerdotium appeteret 9. 10: & Criminis læſæ Majeſtatis divinæ, qvòd non Aronem ſed Deum ipſum contumelia affecerit 11.

γ, *Contra Datan & Abiram* accerſitos, nolentes venire 12. ſed accuſantes Moſen temeritatis, tyrannidis & impoſturæ 13. 14. per optationem confuſionis eorum 15.

δ, *Contra Core & complices*, thuribula inſtructa adferentes, Arone etiam cum thuribulo ſuo, ſtante coram Domino 16. 19.

Pœnæ Divinæ Antecedentia, Apparitio gloriæ

riæ divinæ -19. Et Denunciatio pœnæ, facta Moſi & Aroni 20. 24. & Iſraelitis 25. 30.

Conjuncta, α, Ruptura terræ & abſorptio Datan & Abiron cum omni familia & ſubſtantia, omniumq; domeſticorum Core, cum omni ſubſtantia 31. 33. β, Fuga Iſraelitarum 34. γ, Ignis divinitus immiſſus, abſumens 250. conjuratos & ipſum Core tunc ipſis præſentem 35.

Conſequentia: (1) Obductio altaris holocauſti per laminas, confectas ex thuribulis conjuratorum, è medio incendii ſublatis 36. 39. (2) Memoriale, ne qvis ſibi aſſumeret prærogativam ſacerdotii, ex ſemine Aronis non ortus 40.

SECTIO VI.
DE SEDITIONE
Totius populi.

POſtridie Totus Cœtus contra Moſen & Aronem murmuravit, imputans iis cladem, hiatu terræ & igne abſumptorum 41. Cujus *Seditionis Conſequentia*, α, *Fuga Moſis & Aronis ad Tabernaculum* tectum nube & illuſtratum gloriâ divinâ 42. 43. β, *Comminatio Dei* de ſeditioſorum excidio univerſali 44. 45- γ, *Supplicatio Moſis & Aronis* pro incolumitate ingratiſſimi populi -45.

δ, *Per-*

δ, *Percuſſio peſtilentialis.* ε, *Mitigatio plagæ* per interventum Aronis geſtantis thuribulum igne & thure inſtructum, & populum Deo reconciliantis 46. 48. ϛ, *Numerus Infectorum* 14700. 49. ζ, *Reditus Aronis ad Moſen* in Tabernaculo 50.

PARS QVARTA DE ORDINE ECCLESIASTICO.

SECTIO I. *DE MIRACULOSA COMprobatione Sacerdotii Aronici.*

IN Comprobatione Sacerdotii Aronici *per miraculum florentis Virgæ*, Conſiderentur Antecedentia, Miraculum Ipſum, & Eventus. CAP. XVII.

Antecedentia Miraculi (1) *Mandatum Dei ad Moſen* CAP. XVII, 1. de XII Virgis, qvarum cuilibet nomen principum cujusq; tribus inſcriberetur 2. & Virgâ Levi cum inſcriptione Nominis Aronis 3. collocandis in Sancto Sanctorum ante Arcam Fœderis 4. ex qvibus animadvertenda Electio Viri ad Summum Sacerdotium q: per ſor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

tem ex floreſcentia Virgæ ejus, pro compeſcendo murmure Iſraelitarum 5.

(2) *Obedientia Moſis* qvoad promulgationem mandati divini, & collocationem virgarum ante arcam 6. 7.

Miraculum ipſum vid. Sola Aronis Virga una nocte gemmas, flores, & amygdala matura proferens 8. Iſraelitis & principibus, qvibus cæteræ virgæ redditæ, monſtrata 9. & in arcam fœderis repoſita 10.11.

Eventus, Conſternatio populi convicti miraculo hoc, & acqvieſcentis Voluntati Dei propter metum pœnarum, ſi ſacerdotio in poſterum derogaret 12. 13.

SECTIO II.

DE SACERDOTUM OFFICIO ET STIPENDIO.

ARONIS *& filiorum ejus,* OFFICIUM, *quoad Curam ſanctuarii, & Inſpectionem Levitarum,* qvi cuſtodiæ Tabernaculi incumberent, non ingreſſuri ſanctuarium, nec ſacrificia oblaturi CAP. XVIII, 1. 6: *Et quoad expeditionem ſacerdotii,* tùm apud altare holocauſti, tùm in tabernaculo 7.

CAP. XVIII.

STIPENDIUM 8. videlicet α, *Reliquiæ ſacrificiorum* 9. 10. β, *oblationes Truma &* Te-

Tenupha 11. γ, *Primitiæ* Olei, Vini & frugum 12. 13. δ, *Anathemata* 14. ε, *pretium Redemptionis* Hominum V. ſicl. & animaliũ Immundorum juxta æſtimationem 15. 16. ϛ, *Caro oblatorum* animalium Mundorum 17. 18. additâ Confirmatione per pactum Salis 19. & promiſſionem divinam qvòd Deus vellet eſſe hæreditas eorum 20.

SECTIO III.

DE LEVITARUM MINISTERIO ET STIPENDIO.

L*Evitarum Miniſterium*, qvoad cuſtodiam Tabernaculi 21. & expeditionem officiorum demandatorum 22. 23.

Stipendium ex Decimis Iſraelitarum, ex qvibus ſolvendæ ſacerdotibus Decimæ Decimarum 24. 32.

SECTIO IV.

DE ORDINIS SACRI CONfirmatione per Aquam Luſtralem.

P*Ræparatio aquæ Luſtralis* ex commixto aqvis, Cinere Vaccæ rubræ, integræ, ab- CAP. XIX.
jugæ, à toto cœtu offerendæ, Cujus jugulatio extra caſtra CAP. XIX, 1. 3, ſangvinis à ſacerdote verſus tabernaculum ſparſio 4. &

& Combuſtio totalis 5. per injectionem cedri hyſſopi, & lanæ coccineæ in flammã 6. facta lotione ſacerdotis, & vaccam comburentis ante ingreſſum in caſtra 7. 8. item portantis cineres, extra caſtra collocandos ad aqvas ſeparationis 9. 10.

Uſus deſtinatus expiandis - 10. attingentibus cadaver hominis mortui 11. 13. ingreſſis in tentorium mortui 14. 15. & attingentibus occiſos in agro, oſſa defunctorum, vel ſepulchra 16. *Et adhibitus*, dum factâ aqvarum fluvialium commixtione cum cineribus vaccæ combuſtæ incluſis vaſi 17. (1) Mundus qviſpiam conſpergeret hyſſopo, aqvis intincto, immundos ex contactu 18. (2) Conſperſio peragenda die tertia & ſeptima, cujus veſperâ immundus poſt lotionem veſtimentorum reputaretur Mundus 19. recuſans autem expiationem, de populo Dei delendus 20. (3) Conſpergens, lavaret veſtimenta ſua, aqvamq; luſtralem attingens, immundus eſſet ad veſperam 21. Si enim immundum qvid attigerat, ſive res, ſive perſona, immunda eſſet 22.

PARS QUINTA
DE EXTERNIS IMPEDIMENTIS ISRAELITARUM.

SE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SECTIO I.

DE SITI, MORSIBUS SERpentum, & variis Impedimentis bellicis.

POſt peragrationem Deſerti Paran ab Haſerot ad Eſiongaber pervenerunt Iſraelitæ in *Deſertum Zin in Kades, ubi* CAP. XX.

I, *Mortua* & ſepulta Maria C. XX, 1.

II, *Sitis ob penuriam aquarum* 2. qvam graviſſima populi ſeditio, & qverela conſeqvuta eſt 3. 5. ſedata miraculosâ promanatione aqvarum è petra, bis percuſſa, baculo à Moſe 6. 11. Cujus Miraculi Eventus fuit tùm Comminatio mortis Moſis & Aronis in deſerto, qvòd non loqvuti fuerint ad petram 12. tùm appellatio aqvarum, qvæ vocatæ aqvæ Contradictionis 13.

III, *Denegatio tranſitus per regionem* Edomæorum, à legatis Moſis expetiti 14. 17. facta à Rege Edom, bellum Comminante Iſraelitis 18. 21- qvi inde diſceſſerunt -21.

In Monte Hor obiit Aron poſtqvam veſtibus ſuis exutus eſſet, qvibus ſtatim indutus eſt ſucceſſor Filius Ejus Eleazar 23. 28. addito XXX dierum luctu propter mortem Aronis 29. Ibidem etiam *Impedimentum* CAP. XXI.
Bellicum objectum ab Arad Rege Cana-

næo

næo Cap. XXI, 1. ſedatum eſt per Iſraelitarum Votum 2. & victoriam divinitus conceſſam 3.

Ulterius videlicet in Salmona contigit Iſraelitarum tùm Murmur, propter Man panem diviniſſimum 4. 5. tùm pœna, per morſus ignitorum ſerpentum 6. tùm deniq; medela per pœnitentiam populi, & preces Moſis impetrata 7. & conceſſa divinitus per Intuitum ænei ſerpentis, juxta mandatum divinum erecti. 8. 9.

Tranſitus per aliquot Loca quæ fuerunt Oboth 10. Ije Abarim 11. Torrens Zared 12. Fluvius Arnon, Cujus memoria Cantico celebrata 13. 15. Beer ſeu fons miraculosè productus 16. etiam cantico celebris 17. 18- *Mathana*, Nahaleel, Bamoth, 19. Vallis vicinū monti Piſga 20.

Impedimenta Bellica, objecta Iſraelitis à duobus Regibus Amorræis, videl. I. *A Rege Sichon*, denegante Iſraelitis tranſitum, & cum iis pugnante 21. 23. Cujus totam regionem obtinuerunt Iſraelitæ, & ipſam metropolin Hesbon 24. 25. de qva Carmen proverbiale Amorræorum 26. 30. item civitatem Jaſer 31. 32. II. *Ab Og Gigante*, Rege Baſan 33. occiſo cum filiis & ſubditis. 34. 35.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SECTIO II.

DE IMPEDIMENTO, ISRAElitis objecto per Regem Balachum.

DEſcribuntur *Bileami* ad Reg. Balachum *Vocationes*, & *Iſraelitis collatæ Benedictiones*. CAP. XXII.

Vocatio Prior per Legatos Regis Balachi, conjunctos Midianitis CAP. XXII, 1. 7. cui renuit Bileam, admonitus divinitus, ne malediceret benedictis 8. 14.

Poſterior per Legatos nobiliores, promittentes mercedem ampliſſimam 15. 17. Cui annuit avarus & ambitioſus Bileam:

Ejus præparatio ad Iter. 18. 21.

ITER *ipſum*, in qvo, I. *Aſina* propter occurſum Angeli, gladium manu geſtantis, *α*, *deflexit* à via 22. 23. *β*, *attrivit* pedem Bileami ad maceriam. 24. 25. *γ*, *miraculosè loqvuta* eſt, expoſtulans cum Bileamo de verberibus 28. 29. & excuſans diſtortum ſuum inceſſum 30.

II. *Angelus apparens* Bileamo, increpavit ipſum, & aſinam excuſavit 31. 33.

III. *Bileam* ſervili metu promiſit obedientiam 34. IV. *Angelus* progredi juſſit hypocritam, denuncians ei, ne qvicqvã, præter mandata ſibi divinitus, eloqveretur 35.

Con-

Conſequentia Itineris, tùm Exceptio Bileami in Civitate prope Arnon, 36. 38. tùm deductio in Civitatem Huſot 39. ubi Conviviis lautiſſimis exhilaratus 40.

Benedictiones Tres, Iſraelitis à Bileamo collatæ:

In Prima Conſideratur, I. *Præparatio ad maledicendum* 41. per ſeptem altarium exſtructionem & ſacrificiorum apparatum. CAP. XXIII, 1. 2. & per diſceſſum Bileami, oraculum Magicum ſub prætextu Nominis divini elicere volentis 3. 4. II. *Occurſus Dei* in viſione aliqva ponentis Verbum in ore Bileami, Balaco indicandum 5. III. *Formula Benedictionis poeticè prolata*, qvâ tùm reprehendit Balacum, qvod ſe vocaverat ad maledicendum iſti populo, cui Deus benedixit 6. 8. tùm commendat Iſraelitas ab habitatione ſolitaria ɔ: divina religione & inſigni politia, item à multiplicatione & fortitudine 9. 10. adjungens votum ſuum: Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea qvemadmodum illorum 10.

CAP. XXIII.

In Secunda, I. *Præparatio ad maledicendum*, in vertice montis Piſga 11. 15. II. *Occurſus Dei* ponentis Verbum in ore Bileami. 16. III. *Formula Benedictionis* metricè prolata, qvâ poſt attentionem injunctam Balaco

7.18. & prædicationem conſtantiæ & Veritatis divinæ 19.20. *Commendantur Iſraelitæ à Conceſſa gratia Dei* per remiſſionem peccatorum 21. *à præſentia Dei*, proſternentis hoſtes 22- & *potentia ejus*, per miraculoſam eductionem ex Ægypto 22- *à robore reſiſtendi* hoſtibus, inſtar monocerotis -22. *pietate,* qvod non exerceant incantationes 23. & *fortitudine bellica* per Comparationem Leonis, prædam conſumentis 24.

In Tertia, I. *Præparatio ad maledicendum* in vertice montis Peor 25.30.

II. *Formula Benedictionis* à Bileamo, ſpi- Cap.
ritu prophetico repleto, metricè prolata XXIV.
Cap. XXIV, 1.4. qvâ commendat tabernacula Jacob 5. *Comparans felicitatem internam rivulis*, hortis irriguis, umbraculis, cedris 6. ſitulæ, & ſemini; *Externam deſcribens, tùm à potentia bellica* 7. collata cum monocerote & beſtia, devorante oſſa cum Carne, 8. tùm à pace diuturna, comparata incubationi Leonis ſuper prædam. Concluſio per epiphomena: Qvi benedixerit tibi, erit benedictus, qvi maledixerit, erit maledictus. 9.

III. *Indignatio Regis* 10.11. Et Reſponſio Bileami. 12.14.

IV. *Prophetia Bileami* 15.16. *Tùm de CHRI-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

STO, qui Stella ex Jacob, & dominator ſceptro confodiens angulos Moab 17. ſubjugans Edom & Seir &c. 18. 19. Tùm de everſionibus Amalechitarum 20. Cinæorum per Aſſyrios 21. 22. Aſſyriorum per Chittim ɔ: Græcos 23. 24. Subjungitur abitus Bileami & Regis Balachi.

SECTIO III.

DE IMPEDIMENTO ISRAELITIS OBJECTO à MOABITIS & Midianitis per libidinem, & Idololatriam.

CAP. XXV. *ISRAELITARUM* I. *Fornicatio Corporalis* cum filiabus Moabitarum CAP. XXV, 1. & *ſpiritualis* per cultum Idolorum 2. & potiſſimum Baalis 3. II. *Pœnæ* vid. α, *Suſpendium principum* in clara luce 4. β, *Occiſio ſubditorum* idololatrarum à judicibus 5. γ, *transfixio ſcortatoris & Midianitidis* per filium ſummi ſacerdotis Phineam 6. 8- δ, *peſtis* -8. qva perierunt 24000. 9. Unde conſeqvuta placatio iræ divinæ, per zelum Phineæ, cui proſperitas & dignitas aſſignata 10. 13.

Midianitarum ſeducentium Iſraelitas per libidines & idololatriam, *afflictio & percuſ-*

ſio

tio divinitus mandata, per Iſraelitas in poſterum expedienda 14. 18.

PARS SEXTA DE VARIIS DEI MANDATIS.

SECTIO I. DE NUMERATIONE ISRAELITARUM & LEVITARUM.

Numeratio *Iſraelitarum* qvi XX. an. æt. compleverant aut ſuperarant, facta juxta mandatum DEI in Campeſtribus Moab per Moſen & Eleazarum ſummum Sacerdotem CAP. XXVI, 1. 4. dum numerabantur, E familia Ruben 5. 6. 43730. 7. Occurrit hic Caſus peculiaris de Datan & Abiram terrâ & 250. igne abſorptis 8. 10. at ſalvis filiis Core. 11. CAP. XXVI.

E familia Simeon 12. 13. 2200. 14. Gad 15 17. 4050. 18. Juda 19. 21. 76500. 22. Iſaſchar 23. 24. 64300. 25. Zebulon 26. 60500. 27. Manaſſis 28. 33. 52700. 34. Ephraim 35. 36. 32500. 37. Benjamin 38. 40. 45600. 41. Dan 42. 64400. 43. Aſer 44. 46. 53400. 47. Nephthali 48. 49. 45400. 50. Qvorum ſumma 601730. 51. Qvibus diſtribu-

enda terra Canaan, juxta proportionem familiarum 52. 53. ut tribui numeroſiori major, pauciori minor poſſeſſio daretur 54. per ſortem, propter lites dirimendas 55. 56.

Numeratio Levitarum juxta familias 57. 61. qvorum numerus 23000. ab eo qvi menſem complevit vel ſuperavit. 62.

Diſcrimen hujus numerationis, à numeratione facta per Moſen & Aronem in deſerto Sinai 63. 64. Omnes enim tum numerati in deſerto mortui ſunt, exceptis Joſuâ & Calebo 65.

SECTIO II.
DE JURE SUCCESSIONIS IN Hæreditaribus, & Joſuæ in locum Moſis ſubſtitutione.

CAP. XXVII. LEGIS *de Jure Succeſſionis* in hæreditatibus, *Occaſio & Conſtitutio.*

Occaſio data à filiabus Selaphad ex tribu Manaſſis CAP. XXVII, 1. qvæ cauſam ſuam propoſuerunt 2. qvòd pater earum mortuus ſit, filios non relinqvens 3. petentes hæreditatem, ne Patris memoria periret 4.

Conſtitutio divina 5. 6. Specialis qvod filiæ Selaphad hæreditate patris ſine filiis defuncti

functi potirentur 7. Generalis qvod Patrifamilias ſine prole maſcula defuncto in hæreditate ſuccederent filiæ 8. vel fratres 9. vel patrui 10. vel propinqvi, & cognati proximi 11.

Quoad Joſuæ Subſtitutionem in locum Moſis, conſideretur: Tùm Moſis *aſcenſio in montem* Abarim, unde terram Canaan aſpiceret 12. obitus ſeu collectio ad patres 13. propter incredulitatem 14. Oratio 15. de Duce idoneo præficiendo Iſraelitis, ne eſſent velut oves paſtore carentes 16.17: Tùm *Joſvæ*, repleti Spiritu Sancto, *Inauguratio expedita* à Moſe, per manus Impoſitionem, præſentationem coram Eleazaro, & toto Cœtu, demandationem gubernationis, Communicationem gloriæ Moſaicæ cum Joſva, & admonitionem de Oraculis divinis per Eleazarum acqvirendis 18.23.

SECTIO III.
DE SACRIFICIIS ORDINARIIS, vid. quotidianis, ſabbaticis, menſtruis & annuis.

SAcrificium Quotidianũ, qvod etiam omnibus ſacrificiis conjungebatur, erat holocauſtum duorum agnorum, anniculorum, immaculatorum, qvotidie oblatorum ma- CAP. XXVIII

ne & inter duas veſperas Cap. XXVIII, 1. 4. cum Mincha & Libamine 5. 8.

Hebdomadarium erat holocauſtum duorum agnorum anniculorum Immaculatorum qvovis ſabbato oblatorum, cum Mincha & libamine 9. præter holocauſtum qvotidianum 10.

Menſtruum ſingulis neomeniis offerendũ, erat tùm holocauſtum duorum juvencorum, unius arietis & ſeptem agnorum 11. cum Mincha 12. 13. & Libamine 14. tùm ſacrificium pro peccato, vid. hircus Expiationis præter hol. qvotidie 15.

Sacrificia anniverſaria Feſtorum ſolennium, vid. Paſchatos, Pentecoſtes, Tubarum, Expiationis & Tabernaculorum.

PASCHATOS ſolennitas, poſt Agni Paſchalis mactationem factam M. I. D. XIV. & manducationem, Inſtituenda tum die XV, tum XXI. per convocationem cœtus, & prohibitionem operum ſervilium. Septem autem his continuis diebus panes azymi comedendi, & qvotìdie interea ſacrificia offerenda, vid. in holocauſtum duo juvenci, aries unus, agni anniculi ſeptem, cum Mincha, & pro peccato Hircus Expiationis, præter holoc. qvotid. 16. 25.

PENTECOSTES Sacrificium, indicta con-

convocatione & prohibitis operibus ſervilibus 26. Vno die inſtituendum, per holocauſtum duorum juvencorum, unius arietis & VII. agnorum anniculorum, cum Mincha & libamine 27. 29. & per Hircum Expiationis pro peccato 30. præter hol. qvotid. 31.

Feſti Tubarum M. VII. D. I. celebrandi per clangorem tubæ, convocationem cœtus & prohibitionem operum ſervilium, *Sacrificia* erant, holocauſtum Juvenci unius, arietis unius, & VII. agnorum, cum Mincha Cap. XXIX, 1. 4. Et hircus Expiationis pro peccato 5. præter holocauſtum menſtruũ, & qvotidianum 6. Cap. XXIX.

Expiationis M. VII. D. X. celebrandæ per convocationem cœtus, jejunium & prohibitionem operum ſervilium, *Sacrificia* erant, eadem cum proxime præcedentibus 7. 11.

Tabernaculorum ſolennitas inchoata M. VII. D. XV. per convocationem cœtus & prohibitionem operum ſervilium: Sacrificia vero offerenda ſeptem continuis diebus, vid. Primo juvenci XIII, cum Mincha. Secundo XII. Tertio XI. Qvarto X. Qvinto IX. Sexto VIII. Septimo VII. Qvotidie etiam per hoc ſeptiduum offerebantur

tur duo arietes, cum Mincha, item Hircus Expiationis præter holocauſtum qvotid. 12.35.

Poſtremi Septimi Menſis Feſti, DIE XXII celebrandi, per prohibitionem operum ſervilium, ſacrificia erant Holocauſtum juvenci unius, arietis unius, agnorum ſeptem 36.37. Et Hircus pro peccato 38. præter hol. qv. 39.

SECTIO IV.
DE VOTIS.

CAP. XXX. *Vota ſunt Virorum, vel ſexus fœminei.*

Vota, aut juramenta Virorum, omnino rata eſſent CAP. XXX, 1.3.

Filiæ innuptæ Votum ratum eſſet tacente patre 5. ſed irritum eodem contradicente 6.

Sponſæ Votum ratum tacente ſponſo, ſed irritum eodem renuente 7.9.

Viduæ aut repudiatæ vota rata eſſent 10.

Uxoris voti ratificatio, vel enervatio, eſſet penes maritum 11.16. addita Concluſione Legis de Votis 17.

SECTIO V.
DE BELLO MIDIANITICO.

CAP. XXXI. *Circumſtantiæ hujus hiſtoriæ:*

I. *Inſtructio Exercitus Iſraelitici* juxta man-

mandatum Dei per Moſen, millenos è ſingulis tribubus educentem ɔ: 12000, adjuncto illis Duce, Phinea, inſtructo tubis argenteis & vaſis ſacris CAP. XXXI, 1. 6.

II. *Victoria per Exercitum*, α, *occidentem* omnes mares 7. qvinq; Reges Midian & ipſum Bileamum 8. β, *captivantem* uxores, parvulos, jumenta, pecora & omnem ſubſtantiam Midianitarum 9. γ, *vaſtantem* totam regionem per Incendium 10. δ, adducentem de hominibus & jumentis prædam ad Moſen, Eleazarum & totum cœtum 11. 12. ε, deniq; juxta admonitionem *Moſis occidentem*, tùm omnes mulieres captivas, qvarum blanditiis antea ex conſilio Bileami ſeducti ſunt Iſraelitæ 13. 16. tùm omnem marem è pube 17. conſervatis Virginibus 18.

III. *Expiatio indicata à* Moſe, de purificandis militibus 19. & ſpoliis 20. Et explicata ab Eleazaro, tùm de rebus vid. auro, argento, ære, ferro, plumbo, & ſtanno, prius per ignem, poſtea per aqvam traducendis, & iis, qvæ ignem ferre non poſſent, aqvâ tantum purgandis 22. 23: tùm de perſonis purificatis, caſtra ingreſſuris. 24.

IV. *Diviſio prædæ totius in duas partes*, qvarum una militibus, altera toti cœtui tri-

buenda 25.27. A parte militum detracta pars qvingenteſima, Eleazaro tribuenda 28.29. ſed à parte cœtus demta pars qvinqvageſima, Levitis danda 30. Diviſio hæc expedita eſt, per *numerationem prædæ* 31. *totius & dimidiæ. Tota fuit* ovium 675000. 32. boum 72000. 33. aſinorum 61000. 34. Virginum 32000. 35. Dimidia ovium 337500, boum 36000, aſinorum 30500, Virginum 16000. *Ex dimidio parte militibus* data, pars 500. oblata eſt Eleazaro, videlicet oves 675. 36. 37. boves LXXII, 38: aſini LXI, 39: Virgines XXXII, 40: Qvi cenſus Thruma Eleazaro conceſſus 41. Ex dimidia parte Iſraelitis, qvi non militaverant, data 42. 46. portio qvinqvageſima Levitis tributa eſt 47.

V. Oblatio Voluntaria, à tribunis & Centurionibus Deo oblata, in ſignum gratitudinis, qvod nemo ex militibus in bello perierit; vid. armillæ, annuli, inaures, torqvès & vaſa aurea &c. ſiclorũ 16750: in tabernaculum illata pro gratiæ divinæ monumento 48.54.

SECTIO VI.

DE POSSESSIONE REGIONIS cis Jordanem aſſignata Gaditis, Rubenitis & dimidiæ Tribui Manaſſis.

Rube-

Rubenitarum & Gaditarum petentium, Cap. poſſeſſionem terræ gentium, deletarũ XXXII. cis Jordanem;

Propoſitio facta coram Moſe, Eleazaro, & principibus, propter paſcua terræ ejus, pecudum ſuarum copiæ accommodata Cap. XXXII, 1. 5.

Confutatio per Increpationem Moſis, qvia iniqvum eſſet, fratribus militantibus, ipſos pace gaudere 6. propoſito Exemplo Exploratorum, qvi metum incuſſerunt Iſraelitis, ut murmure & inobedientia Deum irritaverint, omnesq; ab anno XX & ſupra, Joſva & Calebo exceptis, in exilio XL an. in deſerto extincti ſint 7. 13, factaq; applicatione ad præſentes, qvod ſimiliter Iſraelitas iræ divinæ obnoxios reddant 14.15.

Apologia, dum ter obtulerunt fratribus operas ſuas communes, uſq; ad occupationem Canaan, promittentes: I. Se poſt caularum & urbium ædificationem 16. comites belli Cananæi futuros 17.18. nec petituros hæreditatem trans Jordanem, ſi petitâ regione potirentur 19. Reſpondit autem Moſes, qvòd, ſervatis conditionibus, ſatisfieret petitioni 20. 22. addens pœnam violatoribus 23. monensq; de exſtructione civitatum, & cavlarum 24. II. Se Moſi obtem-

temperaturos 25. & remanentibus parvulis ac pecudibus, primos omnium hoſtibus occurſuros 26. 27. Præcepit ergo Moſes, Eleazaro, Joſvæ & principibus 28. ut inſpectionem haberent promiſſionis, à Gaditis & Rubenitis ſervandæ 29. 30. III. Se mandatis Dei obtemperaturos 31. & armis accinctos, in Canaan tranſituros, ut regionem cis Jordanem obtineant 32.

Comprobatio, dum Moſes Gaditis, Rubenitis, & dimidiæ Tribui Manaſſis Regnum Sichonis & Ogi, cum urbibus & terminis aſſignavit 33. additâ Concluſione, de oppidis occupatis, & ædificatis à tribu Gad 34. 36. Ruben 37. 38. & dimid. Manaſſ. 39. 42.

SECTIO VII.
DE CATALOGO Manſionum.

CAP. XXXIII Catalogus Manſionum Iſraelitarum ab Ægypto ad Canaan, juxta mandatũ Dei per Moſen deſcriptus CAP. XXXIII, 1. 2.

Manſio, I, Raamſes, Unde Iſraelitæ profecti ſunt M. I. D. XV. 3. ſepelientibus Ægyptiis primogenitos ſuos, divinitus percuſſos 4. *II, Suchot* 5. *III, Etham* 6. *IV*, Pihakirot, unde per medium maris rubri in deſertum tranſierunt 7. 8 - *V*, Mara - 8.

VI,

VI, Elim, ubi erant XII fontes & LXX palmæ 9. *VII*, Juxta mare Suph 10. *VIII*, Sin 11. *IX*, Daphka 12. *X.* Alus 13. *XI*, Rephidim 14.

XII, *SINAI* 15. *XIII*, Sepulchra Concupiſcentiæ 16. *XIV*, Haſerot 17. *XV*, Rithma 18. *XVI*, Rimmon Peres 19. *XVII*, Libna 20. *XVIII*, Riſſa 21. *XIX*, Kehelata 22. *XX*, Mons Schapher 23. *XXI*, Charada 24. *XXII*, Makhelot 25. *XXIII*, Tachat 26. *XXIV.* Tarach 27, *XXV.* Mitka 28. *XXVI*, Chaſchmona 29. *XXVII*, Moſerot 3. *XXVIII*, Benejuakan 31. *XXIX*, Mons Gidgad 32. *XXX*, Jothbata 33. *XXXI*, Abrona 36. *XXXII*, Esjon Gaber 37.

XXXIII, *Zin* ſive Kades *XXXIV*, Mons Hor 37. ubi mortuus Aron 38. an.æt.123. 39. & Rex Canaan Arad adventum Iſraelitarũ inde percepit 40. *XXXV*, Zalmona 41. *XXXVI*, Punon. 42. *XXXVII*, Oboth. 43. *XXXVIII*, Ije Abarim 44. *XXXIX*, Dibon Gad 45. *XL*, Almon Diblataim 46. *XLI*, Montes Abarim 47. *XLII*, Campeſtria Moab juxta Jordanem è regione Jericho 48. à Bethjeſimot ad Abel Sittim 49.

SECT.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SECTIO VIII.
DE TERRÆ CANAAN LIMITIbus, & Diviſione per ſortem.

EXpulſis habitatoribus & abolitis cultibus idololatricis, *diviſio generalis terræ Canaan* in poſſeſſionem divinitus conceſſæ, *per ſortem inſtituenda fuit*, ut tribus ampliores de partibus latioribus, tenuiores vero de anguſtioribus, inter ſe ſortirentur 50. 54. Pœna autem neglectæ Expulſionis Cananæorum, qvod ii ſuperſtites futuri eſſent ſpinæ oculis, & ſtimuli lateribus Iſraelitarum, pluribus moleſtiis & ſcandalis eos affligentes 55. 56.

Limites Canaan, In Meridie à deſerto Zín, & extremitate maris mortui, per Akrabbim CadesBarnea &c. ad mare Mediterraneum CAP. XXXIV, 1. 5: *In Occidente* Mare Mediterraneum 6: *In Septentrione* à mari Mediterraneo, per montes Libani ſive per Emat & Siphron ad Enan 7. 9: *In Oriente* mare Genezareth & fluvius Jordanis 10. 12.

CAP. XXXIV

Specialis Diviſio Canaan novem tribubus & dimidiæ, juxta mandatum Dei ſorte diſtribuendæ per *Eleazarum Sacerdotem, Ducem Joſuam* 13. 17. *& X. Principes* 18. Vid. prin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

principem Tribus Judæ, Calebum 19. Simeonis Selumielem 20. Benjamin Eliabũ 21. Dan, Bucci 22. Manaſſis Hanielem 23. Ephraim Gemuelem 24. Zebulonis Eliaſaphanem 25. Iſaſcharis Palthielem 26. Aſcheris Ahihudum 27. Nephthali Pedahelem 28. 29.

SECTIO IX.
DE URBIBUS LEVITARUM & aſylis.

U*Rbes Levitis ab Iſraelitis concedendæ*, cum ſuburbiis pro ſtabulis & horreis CAP. XXXV, 1. 3. Conſideretur heic, CAP. XXXV.

I. *Menſura Tùm Suburbii* à muro urbis ad 100 cubit. 4. *tùm agrorum & paſcuorum* circumjacentium, ad 200 cubit. 5-

II. *Situs urbis in* medio ſuburbii - 5.

III. *Deſignatio urbium Leviticarum XLII.* & præterea *Sex Aſylorum 6. 7.*

IV. *Ratio Contributionis*, ut Tribus ampliores contribuerent Levitis urbes plures; tenuiores vero pro facultatibus 8.

V. *Conſtitutio ſex Aſylorum*, trium cis Jordanem, & trium in Canaan, pro refugio homicidarum, tam incolarum qvam peregrinorum qvi per imprudentiam non de-

deſtinato conſilio cædem commiſerant. 9.15.

Determinatio Judiciorum, quoad homicidas. *Nam Voluntarii* qvi ferro, lapide, ligno ex odio, & per inſidias hominem occiderunt, per propinqvos occiſorum interficerentur 16.21. *Involuntarii* autem, qvi fortuitò absq; inimicitiis hominem noxâ lethali afflixerunt, poſt abſolutionem à judicio mortis per ſeniores, ad aſyla confugerent, ibiq; ad mortem ſummi Sacerdotis manerent, poſteaq; in patriam reverterentur 22.29. *Occidendi* vero juxta teſtes aliqvot *homicidæ voluntarii*, ſine redemptione vitæ aut conceſſione refugii, ne polluatur terra qvæ ſangvine hominis effuſo polluta non expiabitur, niſi per effuſionem ſangvinis homicidæ, qvia DEUS habitat in medio Iſraelitarum. 30.34.

SECTIO X.

DE POSSESSIONIBUS A PROpriis tribubus per matrimonia non alienandis.

CAP. XXXVI. LEgis hujus, I. *Occaſio* data à Manaſſitis, caſum hunc Moſi proponentibus: Qvoniam filiabus Zelaphad data ſit hære-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

itas paterna, periculum eſſet, ne illæ nu-
entes aliqvibus extra tribum propriam
ortionem ſuam tribui Manaſſis detrahe-
ent, & tribui in qvam nuptu collocatæ
uerint, adjicerent, ex privilegio anni Ju-
ilæi CAP. XXXVI, 1. 4.

II. *Promulgatio per Moſen* juſſu divino
oncedentem jus contrahendi matrimo-
ium, tùm ſpecialiter filiabus Zelaphad
um propriis tribulibus, tùm generaliter
uellis gaudentibus feudo, cum maritis
n eadem tribu natis, ne de una tribu in
liam fieret translatio hæreditatum 5. 9.

III. *Executio per obedientiam* filiarum Ze-
aphad 11. 12.

Concluſio Ultimæ Partis Libri
hujus 13.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

LIBER QVINTUS

EBræi vocant librum hunc Elle
haddebarim à vocibus initiali-
Deut. 17. bus vel כ מִשְׁנֵי הַתּוֹרָה: iteratio-
18. nem Legis: Græci Δευτερονόμιον. Eſt au-
tem Lex per Moſen repetita in Campeſtri-
bus Moab, in gratiam eorum qvi immedi-
atam Legis promulgationem factam divi-
nitus in monte Sinai, non audierant. Se-
ptimo qvovis anno in feſto Tabernaculo-
rum coram Eccleſia Iſraelitica recitatus hic
Liber, & Regi ſingulariter commendatus
pro gubernatione Reipublicæ piè & juſtè
adminiſtranda. Eſt Commentarius ad Le-
gem, ſive Decalogi Explanatio copioſiſſi-
ma, docens dilectionem Dei, & proximi.
Continet prophetiam Evangelicam de
SUMMO PROPHETA è medio fratrum
Moſis ſuſcitando, & audiendo, qvi eſt CHRI-
STUS JESUS Act. 3. 22. & 7. 37.

Ipſe etiam Moſes fuit Typus CHRISTI.
Ut enim Moſes infanticidium Pharaonis
Act. 7, 22. effugit, δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἔργοις, ma-
luit communibus affligi malis cum popu-

lo DEI, qvam capere commoda hujus vitæ, majores arbitratus divitias probrum Chriſti, qvam omnes Ægyptiorum theſauros, paſſus exilium Midianiticum, eduxit Iſraelitas & ſervitute Ægyptiaca, loqvutus cum Deo in monte & Tebernaculo; miracula plurima præſtitit, mare rubrum tranſiit, manna & coturnicibus populum pavit, aqvam de petra protulit, XII Exploratores & LXX Seniores elegit, jejunavit 40 diebus & noctibus, pro populo oravit, ſerpentem æneum erexit, afflictiſſimus mortalium Deoq; chariſſimus, Mediator terrenus & inſtaurator V. T: Sic Chriſtus infanticidium Herodis effugit, *ἀνὴρ προ-* *Luc. 24, 19.*
φήτης δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ, pauper factus propter nos ut paupertate ejus diteſceremus, paſſus exilium Ægyptiacum, liberavit nos ex ſervitute peccati & diaboli, alloqvutus eſt Patrem in monte & Templo Jeruſolymitano &c. per miracula gloriam ſuam manifeſtavit, ſuper mare ambulavit, paucis panibus & piſcibus aliqvot hominum millia ſaturavit, fontem aqvæ ſalientis in vitam æternam conceſſit, XII Apoſtolos & LXX elegit, jejunavit 40 diebus & noctibus, pro diſcipulis & omnibus credentibus oravit, exaltatus inſtar

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

ænei ſerpentis, Vir dolorum, Patriq; chariſſimus, Mediator Cœleſtis & inſtaurator N. T.

Chronologia exponit Acta ab initio Menſis XI, ad diem 7, Menſ. XII, An. XL poſt Exitum ex Ægypto.

PARTES SUNT SEX.

I. De Variis Dei beneficiis erga Iſraelitas c. 1. 5.

II. De Explicatione Decalogi Generali 6. 11.

III. De Explicatione Primæ Tabulæ 12. 18.

IV. De Explicatione Secundæ Tabulæ 19. 25.

V. De Confirmatione Decalogi 26. 30.

VI. De Actis Moſis paulo ante Mortem 31. 34.

SCHE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

SCHEMATISM. DEUTERONOMII.

DE VARIIS DEI BENEFICIIS erga Iſraelitas.

BENEFICIA DEI *oſtendit Narratio Rerum Geſtarum*

			Cap.
Circa montem Horeb ubi facta Conſtitutio Judicum.			1.
In Cades Barnea ubi Exploratorum emiſſio & reditus.			
In itinere à Cades Barnea ad torrentem Zared dum prohibiti Iſr. bellum inſerre Edomitis, Moabitis & Ammonitis.			2.
In reliquo itinere dum facta	*Victoria ſuper Reges Amorræos Sichonem & Ogum gigantem quorum regna Rubenitis, Gaditis & dim. trib. Man. conceſſa.*		3.
	Exhortatio ad obſervantiã Legis.		4.
	Dehortatio à cultu Imaginum.		
	Repetitio Decalogi.		5.

II. DE EXPLICATIONE Decalogi.

In Explicatione Decalogi conſideranda,

- Exhortatio ad Timorem & amorem Dei. — 6.
- Dehortatio à fœdere gentium civili & conjugiali. — 7.
- Exhortatio ad obſervantiā mandatorum Dei, propter beneficia divina — 8.
  - fœcunditatem.
  - Sanitatem.
  - Victoriam ſuper hoſtes.
  - conſervationem inter pericula.
  - Introductionem in Canaan.
  - ſaturitatem.
- Dehortatio ab ingratitudine & fiducia propriæ potentiæ ac juſtitiæ, per narrationem — 9.
  - Variæ rebellionis Iſraelitarum.
  - Deprecationis Moſaicæ.
- Exhortatio ad amorem DEI & obſervantiam mandatorū ejꝰ, propter
  - Dei Beneficia. — 10.
  - Dilectionis requiſita.
  - Miracula. — 11.
  - Promiſſiones divinas &c.

III. DE EXPLICATIONE
Primæ Tabulæ.

Heic Conſiderentur

- *Sacrificia & Convivia ſacra.* 12.
- *Pœnæ*
  - *Seducentium* 13.
    - *Pſeudoprophetarum.*
    - *Propinquorum.*
  - *Seductarum urbium.*
- *Diſcrimen animalium mundorum & immundorum. Munda* 14.
  - *Terreſtria findentia & ſimul ruminantia.*
  - *Aquatilia pinnulas & ſquammas habentia.*
- *Decimæ*
  - *Anniverſariæ.*
  - *Trietericæ.*
- *Privilegia ſeptimi Anni* 15.
  - *Remiſſio debitorum.*
  - *Manumiſſio ſervorum.*
- *Primogenita immaculata apud Tabernaculum* DEO *offerenda.*
- *Tria feſta anniverſaria* 16.
  - *Paſchatos,*
  - *Pentecoſtes,*
  - *Tabernaculorum.*
- *Magiſtratus cuſtodes etiam primæ Tabulæ.* 17.
- *Doctores A*
- *Supremus Doctor B*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

- A Doctores
  - Judæorum Sacerdotes & Levitæ audiendi, 18.
  - Gentium fugiendi.
- B Supremus Doctor & Propheta JESUS Chriſtus ex gente Iſraelitica excitandus.

IV. DE EXPLICATIONE Secundæ Tabulæ.

Heic Conſiderentur

- Leges de
  - Aſylis. 19.
  - Teſtibus.
- Leges militares de
  - Confirmatione militum per Sacerdotem. 20.
  - relegandis ex caſtris.
  - obſidione & expugnatione urbium.
- Leg. Variæ de
  - Expiatione cædis ab incerto autore patratæ. 21.
  - Filio contumace lapidando. &c.
  - Jumento errante reducendo. 22.
  - Non confundendis rerũ ſpecieb. &c.
- Leges Connubiales de pœnis adulterii & ſtupri.
- Leges Variæ de
  - arcendis ab officiis. 23.
  - mundicie in caſtris ſervanda.
  - Repudio. 24.
  - Immunitate novi mariti à bello.
  - Fratria ducenda.

V. DE CONFIRMATIONE DECALOGI.

CONFIRMATIO DECALOGI PER

- Oblationes
  - *Primitiarum.* 26.
  - *Decimarum trietericarum.*
- *Statuam & arcam Lapideam.* 27.
- *Conſtitutionem populi in Monte*
  - *Griſim ad benedicendum.*
  - *Ebal ad maledicendum.*
- *Maledictionum Fulmina XII.*
- *Benedictiones ſeu promiſſiones beneficiorum divinorum.* 28.
- *Maledictiones ſeu Comminationes variarum calamitatum,*
- *Renovationem fœderis divini confirmatam*
  - *cognitione habitationis in Ægypto & tranſitus per deſertum.* 29.
  - *Comminatione pœnarum.*
  - *Utilitate pœnitentiæ.* 30.
  - *Medio reſipiſcentiæ propinquo in ore & corde.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

VI. DE MOSIS ACTIS paulò ante Mortem.

Acta Moſis paulò ante Mortem

- Reſignatio Officii. 31.
- Admonitio ad
  - Iſraelitas de auxilio divino.
  - Joſuam de diviſione terræ.
  - Sacerdotes de prælectione Deuteronomii quovis anno ſeptimo.
- Canticum cujus
  - Propoſitio, Deus eſt petra & Veritas. 32.
  - Confirmatio per beneficia divina.
  - Narratio recenſens
    - Ingratitudinem Iſrael.
    - prædictionem pœnarum.
    - Conſolationem.
- Benedictio Prophetica collata Iſraelitis 33.
- Mors. 34.
- Epitaphium.

DEVTERONOMII

PARS PRIMA.

DE VARIIS DEI BENEFICIIS ERGA ISRAELITAS.

SECTIO I.

DE REBUS GESTIS CIRCA Montem Horeb, & in Cades Barnea.

PRoœmium de Moſe ab exitu ex Ægypto CAP. I
Ann. XL. Menſ. XI. Die I. in Campeſtribus Moab, poſt cædem Sichonis & Ogi, explanante Legem CAP. I, 1. 5.

Narratio de rebus Geſtis, I, *Circa montem Horeb*: Ubi Deus juſſit Iſraelitas proficiſci in Canaan, patribus promiſſam 6. 8. Et Moſes optans iis multiplicationem & benedictionem, onerisq; gravitate afflictus 9. 12. ex populi conſenſu, conſtituit Judices ſapientes & prudentes, qvi ſine reſpectu perſonarum juſte judicarent, & cauſas difficiliores ad Moſen referrent 13. 18.

II, *In Cades Barnea* 19. Conſiderentur heic, α. *Moſis Inſtigatio* ad occupandam terram 20. 21. β. Exploratorum Emiſſio 22. 24. & reditus 25. γ. *Murmuratio Iſraelitarum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

rum 26.28. non admittentium Conſola-
tionem Moſis, nec credentium Deo, qui
geſtaverat eos, velut Pater portat filium, &
deduxerat noctu per ignem, & interdiu per
nubem 29.33. *δ. Ira Dei* excludentis poſ-
ſeſſione Canaan, tùm murmurantes, tùm
ipſum Moſen, eamq; concedentis Calebo
Joſvæ & parvulis. 34.39. *ε. Populi regreſſio*
ad mare rubrum 40. & pugna Infelix con-
tra Amorræos 41.46.

SECTIO II.
DE TRANSITU ISRAELITARUM per regiones Edomitarum, Moabitarum & Ammonitarum.

IN *reliquo Itinere* continuato à Cades Bar-
nea ad torrentem Zared, per annos
XXXVIII, *prohibiti ſunt Iſraelitæ bellum infer-
re*, tùm poſteris Eſavi *Edomitis*, qvia Iſraeli-
tæ divinitus hactenus conſervati gaude-
bant pecuniis, qvibus cibum & aqvam ſibi
CAP. II. compararent CAP. II, 1.7. tùm poſteris Lo-
thi *Moabitis* 8.18. & Ammonitis 19.23.

SECTIO III.
DE VICTORIA ISRAELITARUM ſuper Reges Amorræos.

Hiſto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

HIſtoriæ bellicæ, contra R. Sichonem 24.
25. proponitur, I. *Occaſio* videl. tùm
aelitarum legatio ad Regem, pro impe-
ndo celeri tranſitu per regionem ejus
sq; damno ſubditorum 26. 29. tùm de-
gatio Regis ſecuri & ſuperbi 30. II. *Con-*
ctus 31. 32. & Victoria Iſraelitarum ſuper
gem & ſubditos occiſos, & urbes partim
ſtructas, partim occupatas cum tota re-
one & præda jumentorum 33. 36. exceptis
pidis Ammonitarum 37.

Belli contra Regem Ogum gigantem I. *Occa-* CAP. III.
videl. tùm occurſus Regis hoſtilis con-
a advenientes Iſraelitas CAP. III, 1. tùm
onſolatio divina data Iſraelitis 2. II. *Con-*
ctus & Victoria ſuper Regem & ſubditos
ciſos 3. urbes munitas LXVI. captas, &
as devaſtatas 4. 6. Cum præda jumento-
m 7. & poſſeſſione totius regionis 8. 10.
ctus autem ferreus, longus cub. 9. & la-
s cub. qvatuor, proceritatem gigantis in-
cat 11.

III. *Conſequens*, α. *Diſtributio regionum*
cupatarum, conceſſa Rubenitis, Gaditis
dimidiæ tribui Manaſſis 12. 17. hac con-
tione, ut relictis uxoribus, parvulis & pe-
dibus, tranſirent ante fratres occupatu-
s terram Canaan 18. 20.

β. *Sub-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

β. *Subſtitutio Joſuæ in locum Moſis*, cui de negatus divinitùs Introitus in Canaan monſtratam ei ante mortem è cacumine Piſga 21. 27. Joſua vero Iſraelitas in Canaan introduceret 22.

SECTIO IV.

DE EXHORTATIONE AD OB- ſervantiam Legis, dehortatione à cultu imaginum, & conſti- tutione aſylorum.

CAP. IV. E*xhortationis ad Obſervantiam Legis, Argu- menta*: I. *Promiſſio Vitæ* & poſſeſſioni terræ CAP. IV, 1. II. Prohibitio additioni & detractionis 2.

III. *Exemplum pœnæ* idololatris inflict 3. & gratiæ obedientibus hucuſq; divinitù conſervatis collatæ 4.

IV. *Encomion Sapientiæ* Iſraelitarum & celebritatis ſupra gentes 5. 6. propter Do præſentiam 7. & ſtatutorum præſtan tiam 8.

V. *Informatio* poſterorum 9.

VI. *Miraculoſa Legis promulgatio* in Ho reb è medio ignis 10. 12.

VII. *Inſcriptio X Verborum* in duabus ta bulis lapideis 13. ad mandatorum divino rum cognitionem & obſervantiam 14.

Deho

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Dehortationis à cultu imaginum Argumenta:

I. *Nulla facta imaginis divinæ apparitio* in promulgatione Legis. 15.

II. *Honor Deo debitus*, non deferendus ſculptilibus repræſentantibus maſculum vel fœminam 16. jumenta, aves 17. reptilia, vel piſces 18. Solem, Lunam aut militiam cœli, qvæ ordinata ad miniſterium hominum 19.

III. *Eductio de fornace ferrea* ɔ: intolerabili ſervitute, & adoptio in peculium 20.

IV. *Ingreſſio Iſraelitarum* in Canaan, qvâ Moſes excluſus 22.23.

V. *Comparatio Dei* cum igne conſumente, à qvo idololatræ 24. teſtibus cœlo & terra, exitiis & exiliis apud gentes idololatricas opprimendi 25.28. oblatâ interim pœnitentibus miſericordiâ divinâ 29.31.

VI. *Beneficia Dei* per loqvelam è medio ignis, varia miracula 33.36. dilectionem patrum 37. & deletionem hoſtium 38. Unde concluditur ſolum Deum colendum 39. pro impetranda proſperitatis & longævitatis promiſſione 40.

Conſtitutio Trium Aſylorum pro homicidis involuntariis, vid. Beſer, Ramot & Golan 41.43.

Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Concluſio de tempore & loco Concionis hujus à Moſe habitæ 44. 49.

SECTIO V.
DE REPETITIONE DECALOGI.

CAP. V. Præfatio de Deo Legis autore & promulgatore CAP. V, 1. 4. Moſeq; Mediatore. 5.

Enumeratio Decem præceptorum:

I. *Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi de terra Ægypti* 6. *Non erunt tibi Dii alieni coram me* 7. Cui generali prohibitioni idololatriæ, ſubjungitur ſpecialis, de non faciendis aut colendis ſculptilibus, cum clauſula promiſſionum & Comminationum primo præcepto ceu reliqvorum fundamento annexa. 6. 10.

II. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum.* Non enim inſontem habebit eum Deus, qvi nomine ejus abuſus fuerit 11.

III. *Obſerva diem Sabbati*, ut ſanctifices eum, propter Dei mandatum, ejusq; celebrationem, qvietem hominum & jumentorum, ac memoriam ſervitutis Ægyptiacæ 12. 15.

IV. *Honora patrem tuum & matrem tuam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

ut prolongentur dies tui, & bene ſit tibi
ſuper terram 16. *V. Non occides* 17. *VI. Non*
mœchaberis 18. *VII. Non furtum facies* 19. *IIX.*
Non loqueris contra proximum tuum falſum te-
ſtimonium 20. *IX. X. Non concupiſces proximi*
tui uxorem, domum, agrum, ſervum, ancillam,
ovem, aſinum, 21.

Conſequens (1) *Decalogi, tabulis lapideis in-*
ſculpti, exhibitio facta Moſi divinitus 22. (2)
Terror populi ob gloriæ divinæ manifeſta-
tionem 23. 26. expetentis Moſen, verbo-
rum divinorum Interpretem 27. (3) *Dei*
Comprobatio 28. 29. & conſtitutio de reditu
populi in tabernacula 30. & de Moſe, Iſra-
elitis eloqvia Dei & præmium obedientiæ
propoſituro 31. 33.

PARS SECUNDA

CONTINENS EXPLICATIO-NEM DECALOGI GE-NERALEM.

SECTIO I.

DE EXHORTATIONE AD timorem & amorem Dei, & de-hortatione à fœdere gentium.

IN *Exhortatione ad Timorem & Amorem Dei,* proponitur, I. *Proœmium* generale de præceptis moralibus, ſtatutis Ceremonia-

CAP. VI. libus, & judiciis civilibus, diſcendis, faciendis, & cuſtodiendis in vero Dei timore, pro impetranda longævitate, ſobolis multiplicatione, omniq; proſperitate CAP. VI, 1. 3.

II. *Propoſitio*, Jehova Deus noſter Jehova unus eſt 4. ex toto Corde, anima, & viribus diligendus 5.

III. *Confirmatio per Dilectionis modum* dum verba divina Cordi infigenda 6. liberis domi & foris exponenda 7. ſuper manum & inter oculos geſtanda 8. poſtibu & portis inſcribenda 9: *Et per Dilectionis Rationes,* qvæ ſunt (1) *Bona temporalia*, pe introductionem in Canaan, divinitus ſin populi labore conceſſa, videl. urbes, opes ciſternæ, vineta, & oliveta 10. 11. (2) *Liberatio divina* de domo ſervitutis 12. (3) *Timor, & cultus, ſoli Deo debitus*, per cujus non men jurandum 13. nec poſt Deos alieno ambulandum 14. (4) *Ira Dei zelotis omni præſentis* 15. qvi non tentandus 16. (5) *Proſperitas in* Canaan & inimicorum deletio 1 (6) *Cura poſterorum,* qvibus enarranda mi racula eductionis ex Ægypto, & introductionis in Canaan 20. 23. propter timo

rem

m Dei 24. & cuſtodiam mandatorum
us 25.
Dehortatio à fœdere, cum gentibus Cananæis CAP. VII.
ontrahendo, tam civili, qvam conjugali,
AP. VI, 1.3. propter periculum idolola-
iæ 4. mandatum Dei de altaribus idolo-
tricis deſtruendis, & ſculptilibus combu-
ndis 5. electionem Iſraelitarum in pecu-
m Dei, & redemptionem è domo ſervi-
tis 6.8. deniq; propter juſtitiam Dei be-
efacientis piis, & punientis impios 10.

SECTIO II.

DE EXHORTATIONE AD obſervantiam mandatorum DEI.

Ropoſitio Exhortationis hujus de præceptis Dei cuſtodiendis 11.

Confirmationis Argumenta ſunt:

.. *Pactum & Miſericordia Dei* 12.

II. *Fœcunditas*, ſive benedictio fructus ven-
s, terræ, & pecudum 13. 14.

III. *Sanitas*, & morborum ablatio 15.

V. *Victoria* ſuper hoſtes 16. delendos in-
r Ægyptiorum 17. 19. & crabronibus
ſim expellendos 20. 23. & Reges Iſraeli-
tradendos 24.

CAP. VIII.

V. *Abominatio idolorum* 25. 26.

VI. *Promiſſio vitæ*, multiplicationis, & introductionis in Canaan CAP. VIII, 1.

VII. *Conſervatio* inter pericula, & affli-ctiones in deſerto 2.

IIX. *Beneficia præterita*, α. *Victus* ex Ma- 3. β. *Amictus* per veſtes, 40 annis non at- tritas. γ. *Sanitas*, & præſervatio pedum tumore 4. δ. *Caſtigatio* paterna 5. 6.

IX. *Beneficium futurum*, videl. Introdu-ctio in Canaan, abundantem fontibus frumentis, vitibus, oleo, melle 8. fodin metallicis, & omnium rerum abundan-tiâ 9.

X. *Saturitas*, & benedictio 10.

SECTIO III.

DE DEHORTATIONE AB ingratitudine, & fiducia propriæ potentiæ, ac juſtitiæ.

D*Ehortatio ab ingratitudine* ſeu oblivio Dei, & mandatorum ejus 11. ſecurita & ſuperbia 12. 14- oblivione beneficioru divinorum, vid. eductionis ex Ægypto deductionis per deſertum 15. & conceſſi nis Man 16.

Dehortatio à fiducia propriæ potentiæ, pr

er conceſſam Confirmationem pacti di-
ni 17. 18. ac propoſitam apoſtatis pœnam
teritus 19. 20. & piis conſolationem, de
eo deleturo gentes Cananæas robuſtiſſi- CAP. XIX.
as, & filios Enacim CAP. IX, 1. 3. non pro-
er juſtitiam Iſraelitarum, ſed propter im-
etatem Cananæorum, & promiſſionis
vinæ veritatem 4. 5.

Dehortatio a fiducia propriæ juſtitiæ, per
rrationem rebellionis Iſraelitarum &
precationis Moſaicæ.

Rebellio Iſraelitarum in deſerto 6. 7. varia
cenſetur: Primò in Horeb videl. Idolo-
ria per cultum vituli aurei, Moſe in
onte commorante 40 dieb. & 40 nocti-
s, qvi traditas ſibi digito Dei ſcriptas ta-
las pacti lapideas, poſt deſcenſum è
onte, propter fabricam vituli confregit
17. & rurſus 40 dieb. & noctibus depre-
tus eſt iram DEI, contra Aronem & po-
lum 18. 20. deniq; vitulum combuſſit, &
iqvias comminuit in pulverem, proje-
m in torrentem 21.

Poſteà in Tabera, Maſſa, Sepulchris con-
piſcentiæ 22. & Cades Barnea 23. Item
bellio Iſraelitarum omnimoda 24.

*Deprecationis Moſaicæ Formula : Domine
us ne perdas populum tuum* & hæredita-

tem tuam potenter redemptam 25.26. Re
cordare ſervorum tuorum Abrahami, Iſaa
ci & Jacobi, nec reſpicias impietatem po
puli tui, ne gloria divina ab hoſtibus bla
ſphemetur 27.29.

Sectio IV.

De Exhortatione ad amorem Dei, & obſervantiam mandatorum ejus.

Cauſæ Impulſivæ ad Deum diligendum, &
mandata ejus obſervanda.

Cap. X. I. *Varia* DEI *beneficia,* qvalia ſunt: α. In
ſtauratio fœderis per tabulas poſteriores i
arca collocatas Cap. X, 1.3. β. *Electio Ele*
zari in locum Aronis 6. γ. *Copia aquæ*
δ. *Vocatio Levitarum*, qvorum hæreditas e
Deus 8.9. ε. *Reconciliatio populi* cum Deo
per Moſen rurſus in monte commoran
tem 40. dieb. & 40 noctib. 10.11.

II. *Dilectionis Requiſita*, videlicet, α. *Am*
bulatio in viis Domini. β. *Cultus* Deo præ
ſtandus, ex toto corde, & anima 12. γ. *Cuſt*
dia præceptorum Dei, qvi cœlorum
terræ Dominus, ex omnibus populis Iſrae
litas elegit 14.15. δ. *Spiritualis circumci*
cordis 16. ε. *Suſceptio* & refocillatio pere

gri

grinorum 17.19. 5. *Juramentum* per No-
men DEI 20. qvi eſt laus Iſraelitarum 21.
vorum numerus in deſcenſu in Ægyptũ,
LXX animarum, jam verò ferè innumera-
bilis, inſtar ſtellarum cœli 22.

III. *Miracula in Ægypto* præſtita per ma- Cap. XI
num validam & brachium extenſum Cap.
XI, 1.3. & ſubmerſio Ægyptiorum 4.

IV. *Beneficia in Deſerto* exhibita 5.

V. *Pœna* Dathanis & Abirami 6.7.

VI. *Poſſeſſio* fertiliſſimæ terræ Canaan 8.

VII. *Promiſſiones divinæ* de pluvia, & fœ-
cunditate terræ, obedientibus concedenda
13.15. ſterilitas enim eſt pœna idololatriæ
16.17.

VIII. *Dilectionis alia requiſita*, videl. Ver-
borum poſitio in Cordibus, alligatio in
manibus & inter oculos 18. recitatio co-
ram liberis 19. inſcriptio in poſtibus &
portis 20. pro longævitate impetran-
da 21.

IX. *Promulgatio benedictionis* in monte
Griſim, & maledictionis in monte Ebal 26.
29. poſt introitum in Canaan 30.31.

Clauſula Generalis de cuſtodia man-
datorum DEI 32.

PARS TERTIA CONTINENS EXPLICATIONEM PRIMÆ TABULÆ.

SECTIO I. DE SACRIFICIIS ET *Conviviis ſacris.*

CAP. XII. POſt *Introductionem* in Canaan, abrogatis cultibus & locis idololatricis CAP. XII, 1. 3. *DEI cultus in certo loco*, divinitus conſtituto, *peragendus* 4. 5. per ſacrificia 6. qvibus convivia ſacra adjuncta erant 7.

Modus autem *Sacrificiorum & Conviviorum ſacrorum*, poſt Introitum in Canaan, inſtituendus non ratione confusâ ſecundum proprium judicium 8. 9. ſed in certo loco divinitus ordinato 10. 14.

Cautiones, I. *De Carnibus profanis* in locis profanis comedendis 15. ſine ſangvine 16.

II. *De oblationibus decimarum, & primogenitorum*, non domi ſed in loco divinitus inſtituto comedendis, à domeſticis, & Levitis 17. 18. liberaliter ſuſtentandis 19.

III. *Rurſus de Carnibus* vulgaribus domi comedendis, à mundis & immundis 20.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

22. ſed ſine ſangvine, qvi in terram effundendus 23. 25.

IV. De ſacrificiis ad locum ſanctum adducendis 26. carnibus, qvæ non cremantur, comedendis, & ſangvine ſuper altare fundendo 27.

Concluſio adhortatoria de fugiendis idolis abominandis, & præceptis Dei cuſtodiendis, qvibus nihil addendum aut ſubtrahendum 28. 32.

SECTIO II.

DE POENA SEDUCENTIUM, & urbium ſeductarum, & fugiendo luctu gentilium.

SEducentes ſunt publici, vel clancularii.

Publici ſunt Pſeudoprophetæ, α. Cognoſcen- CAP.
di ex falſis dogmatibus, ſomniis, miraculis, XIII.
& ſeductione ad idololatriam CAP. XIII, 1. 2. *β. Vitandi,* & non audiendi, qvia iis tentantur Iſraelitæ, num perſeverare velint in dilectione Dei 3. cui ſoli obtemperandum 4. *γ. Occidendi* propter ſcandali remotionem 5.

Propinqui clanculum ad idolorum cultum ſeducentes 6. 7. non audiendi, aut ferendi 8. ſed lapidandi 9. 10. propter fugiendam idololatriam 11.

In urbibus ad idololatriam ſeductis 12. 13. poſt inqviſitionem 14. habitatores cum jumentis interficiendi 15. & ædificia comburenda, cum ſpoliis in medium plateæ productis 16. pro averſione iræ divinæ, & miſericordia, ac benedictione, obedientibus impetranda 17. 18.

CAP. XIV. *Luctus gentilium fugiendus* per inciſionem cutis, & raſuram capitis, qvia Iſraelitę erant Filii DEI, & populus ejus ſanctus CAP. XIV, 1. 2.

SECTIO III.

DE DISCRIMINE ANIMALIUM Mundorum, & Immundorum.

ANimalia Immunda vocantur abominationes 3. ideoq; à mundis diſtingvenda. *Animalia terreſtria munda* ſive conceſſa, vid. findentia ungulas, & ſimul ruminantia, ut boves, oves, cervi &c. 4. *Immunda* ſeu prohibita, vel ruminantia, & non dividentia ungulam, ut cameli, lepores, cuniculi 7. vel dividentia ungulam, & non ruminantia, ut porci 8.

Aquatilia munda, pinnulas & ſqvammas habentia 9. Immunda, iisdem carentia 10.

Volatilia munda comedenda 11. *Immunda* ve-

vero, aqvila, cornix, corvus, cygnus, ciconia, veſpertilio &c. 12. 18. item prohibita volatilia, & reptilia ſimul 19. Sola autem munda conceſſa 20. Sed morticinia non comedenda, nec hædus in lacte matris coqvendus 21.

Sectio IV.
DE DECIMIS, ANNO Remiſſionis, & primogenitis.

D*Ecimæ ſunt anniverſariæ, vel trietericæ.*

Anniverſariæ ſolvendæ Levitis, ex omni proventu 22. frumenti, vini & olei, & ex primogenitis boum & pecudum 23: aut, ob longinqvitatem viæ, pretio commutandæ, pro ſacris conviviis 24. 27.

Trietericæ, tertio qvovis anno intra portas, in loco elemoſynis deſtinato, reponendæ, in uſum Levitarum & pauperum. 28. 29.

Anni Remiſſionis ſive ſeptimi cujusq; privilegia: Cap. XV.

I. *Remiſſio debitorum* Iſraelitis conceſſa Cap. XV, 1. 3. qvia, α. benedictio divina, obedientibus declaranda, efficeret ne mendici inter eos invenirentur 4. 5. β. licuit extraneos ad ſolvendum cogere 6. γ. di-

vini-

vinitus imperata eſt liberalitas ditiorum erga pauperes Iſraelitas, qvibus manus aperienda 7. 11.

II. Manumiſſio ſervorum & ancillarum, qvi poſt ſervitium ſexennii dimittendi, & muneribus liberalibus ornandi 12. 15. propter memoriam redemptionis à ſervitute Ægyptiaca 16. Si autem ſervi, & ancillæ, dimitti noluerint, ad poſtem januæ ſubulâ per aurem affigendi, in ſignum ſpontaneæ ſervitutis, ad annum jubilæum 17. Si vero dimitti voluerint, promptè, & liberaliter dimittendi 18.

Primogenita maſcula Immaculata Deo offerenda apud Tabernaculum 19. 20. Vitio autem notata, domi comedenda ab immundis, & mundis 21. 22. ſangvine in terram effuſo 23.

SECTIO V.
DE TRIBUS FESTIS anniverſariis.

T*Ria erant præcipua Feſta anniverſaria, Paſcha, Pentecoſte, & Feſtivitas tabernaculorũ.*

CAP. XVI. *PASCHATOS celebratio*, in loco divinitus electo, inſtituenda, Menſe primo per ritus ſeqventes, videlicet oblationem ſacrificiorum ſeptiduo continuatam, uſurpationem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

nem panum azymorum, ſeu afflictionis, prohibitionem omnis fermenti, agni paſchalis aſſationem, & comeſtionem, prohibitionem Conſervationis reliqviarum in craſtinum, & ſeptimi diei ſolennitatem. Cap. XVI, 1. 8.

PENTECOSTES celebratio poſt ſeptem hebdomadas à paſchate, per ſpontaneam oblationem ſacrificiorum 9. 10. & convivia ſacra, in loco divinitus electo, inſtituenda 11. in memoriā ſervitutis Ægyptiacæ 12.

Feſtivitatis Tabernaculorum celebratio per ſeptiduum, initio facta à die XV. Tiſri, poſt collectum proventum annuum, cum adjunctis conviviis ſacris, in loco divinitus electo, pro impetranda benedictione divina 13. 15.

Horum trium feſtorum requiſitum, ut omnes maſculi, profectioni idonei, comparerent 16. pro ratione facultatū, oblationibus inſtructi, in uſum miniſterii, & pauperum 17.

SECTIO VI.
DE MAGISTRATIBUS, UTRIusq; Tabulæ Inſpectoribus.

M*Agiſtratuum inferiorum, ſive Judicum, officia* I. *Sine reſpectu perſonarum* & munerum, juſtas ſententias *pronunciare*, pro im-

impetranda felicitate temporali, & æterna 18.20.

II. *Habere inſpectionem Cultus divini*, ne plantentur luci 21. ne erigantur ſtatuæ 22.
CAP. XVII. neve ſacrificia, maculis notata, Deo offerantur CAP. XVII, 1.

III. *Pœnâ capitali*, videlicet lapidatione *punire* viros, & fœminas idololatras, vel Solem, Lunam, aut exercitum cœli adorantes, poſt cognitionem per teſtes duos, aut tres, qvi primos lapidum jactus injicerent reis, lapidandis à promiſcua multitudine 2.7.

IV. *Cauſas ambiguas* & difficiles *ad Conſiſtorium* majus ſacerdotum, & judicis ſupremi devolvere 8.9. qvorum cenſuræ omnino acqvieſcendum, ſub pœna capitali pro remotione ſcandali, & contumaciæ 10.13.

Supremus Magiſtratus Rex, ex ſtirpe Iſraelitica eligendus, ſi populus eum expeteret 14 15. Regis officia: I. Non multiplicare eqvos, aurum, & argentum, aut uxores. II. Non reducere populũ in Ægyptum 16.17. III. Devteronomium deſcriptum habere, & perpetuo relegere, ut Deum veneretur, nec fratres deſpiciat 18.20.

SECTIO VII.
DE DOCTORIBUS.

Docto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

DOctores *Judæorum*, *Sacerdotes*, & *Levitæ*, *audiendi*, & ſuſtentandi oblationibus, & reliqviis ſacrificiorum, videl. armo, maxillis, & ventriculo boum, vel agnorum. Cap. XVIII, 1. 3. item primitiis frumenti, vini, olei & velleris ovium 4. Levitæ vero, inter tribus diſperſi, advenientes ad locum divinitus electum, etiam beneficiorum in conviviis ſacris diſtributorum participes eſſent 5. 8. CAP. XVIII.

Doctores Gentium, traducentes liberos per ignem, præſtigiatores, augures, malefici 9. 10. incantatores, magi, necromantici &c. 11. Deo abominabiles 12. fugiendi Iſraelitis, cultui divino conſecratis 13. 14.

Supremus Doctor & Propheta, Jeſus Chriſtus, ex gente Iſraelitica divinitus excitandus, oracula divina locuturus, ab omnibus audiendus, ſub pœnæ Comminatione 15. 19.

Pſeudoprophetæ occidendi 20. & cognoſcendi 21. 22.

PARS QVARTA CONTINENS EXPLICATIONEM SECUNDÆ TABULÆ.

SECTIO I.

DE ASYLIS, LIMITIBUS & teſtibus.

Aſylu

ASyla tria in Canaan conſtituenda CAP. XIX, 1. 3. in refugium homicidarum, qvi ignoranter proximum interfecerant 4. 7. item alia tria poſt occupationem totius terræ Canaan 8. 10. non autem in refugium homicidarum voluntariorum, qvi ab aſylis ad ſupplicium abripiendi 11. 13.

Limites non transferendi 14.

Teſtium Verorum numerus: In ore duorum aut trium teſtium ſtabit verbum 15.

Falſorum Cognitio, per inqviſitionem ſacerdotum & judicum 16. 18. Et pœna talionis 19. 21.

SECTIO II.
DE LEGIBUS MILITARIBUS.

CAP. XX. LEges militares, Iſraelitis divinitus latæ, de populi inſtructione, militum delectu, & urbium obſidione.

Inſtructio populi, Contra hoſtes pugnaturi, confirmandi per Sacerdotem divinâ præſentiâ & protectione, opponenda hoſtium formidini CAP. XX, 1. 4.

Delectus militum per Duces de relegandis ex caſtris, α. ædificantibus domũ qvam nondum inhabitarunt 5. β. plantantibus vineam, ex qva nullum fructum perceperunt 6. γ. deſpondentibus ſibi uxores

cum

cum qvibus nondum cohabitarunt 7. & timidis 8: Duces autem in prima acie conſtituerentur 9.

Obſidio & Expugnatio urbium: Extra Canaan, pax incolis primo offerenda, qvi eâ acceptâ tributarii eſſent, ſed rejectâ expugnandi, occiſis omnibus maſculis, ſervatis in prædam mulieribus, infantibus, animalib⁹ & bonis omnibus 10. 15. *In Canaan* autem nulli parcerent, ſed omnes occiderent 16. juxta mandatū Dei 17. propter metum idololatriæ 18. Moderatio autem adhibenda, & petulantia militaris fugienda, ne arbores frugiferæ ſuccidantur 19. conceſſis infrugiferis in uſum propugnaculorum 20.

SECTIO III. DE VARIIS LEGIBUS.

LEges Variæ:

I. *De Expiatione Cædis* ab Incerto autore patratæ. Factâ menſuratione, à cadavere hominis occiſi invento, ad civitatem proximam, vitula abjuga ad vallem aſperā deducta decollanda, ſuper qva ſeniores civitatis, præſentibus ſacerdotibus, manus lavarent, teſtificantes ſe nec reos, nec conſcios eſſe cædis iſtius, & fuſis precibus reatum ſangvinis avertentes. CAP. XXI, 1. 9. CAP. XXI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

II. De muliere in bello capta in matrimoniū ducenda, præmiſſis certis ritibus 10. 13. & poſt repudium liberà dimittendà 14.

III. De primogenitis, jure primogenituræ non fraudandis, propter exoſam matrem 15. 17.

IV. De filio contumace, à parentibus ad ſeniores educendo 18. 20. & lapidando 21.

V. De cadaveribus ſuſpenſorum, ante occaſum Solis, removendis, & ſepeliendis 22. 23.

C. XXII *VI. De jumento errante* reducendo, & re perdita reſtituenda Cap. XXII, 1. 4.

VII. De veſtibus ſexus non mutandis 5.

VIII. De matre in nido reſervanda, ſublatis pullis 6. 7.

IX. De ſepimentis ſive cancellis faciendis in circuitu tecti, ne qvis inde decideret 8.

X. De agro, diverſis ſeminum ſpeciebus non conſerendo 9.

XI. De aratione cum bove ſimul & aſino non inſtituenda 10.

XII. De non induendis veſtibus ex lino ſimul & lana contextis 11.

XIII. De fimbriis memorialibus 12.

Sectio IV.

DE LEGIBUS CONNUBIALIBUS.

L*Eges Connubiales:*

I. De pœna mariti falſo accuſantis nuptam

ptam temeratæ Virginitatis, videl. verbera-
tione, mulcta 100 ſiclorũ argent. & addi-
ctione uxoris perpetua 13.19. Et novæ uxo-
ris ante nuptias vitiatæ lapidatione 20. 21.

II. De capitali pœna adulterii 22.

III. De pœna ſtupri Virgini deſponſatæ il-
lati in civitate per lapidationem utriusq; 23
24. in agro per ſtupratoris interitum 25. 27.

IV. De pœna ſtupri Virginis non deſponſatæ
videl. mulcta 50 ſiclorum, & neceſſitate
conjugii cum vitiata ad finem vitæ conti-
nuandi 28. 29.

V. De inceſtu cum noverca prohibito 30.

SECTIO V.
DE VARIIS LEGIBUS.

LEges Variæ:

I. *De arcendis ab Officiis* publicis Evnu- CAP. XXIII.
chis CAP. XXIII, 1. ſpuriis 2. Ammonitis &
Moabitis 3.6.

II. De admittendis ad officia Edomitis
& Ægyptiis 7.8.

III. De mundicie in caſtris ſervanda 9.13.
propter præſentiam DEI 14.

IV. De ſervo fugitivo non tradendo Do-
mino ſuo 15.16.

V. De non concedendo loco meretrici
aut ſcortatori inter Iſraelitas 17.

VI. De pretio ex ſcorto vel cane comparato non offerendo ſub voti nomine 18.

VII. De uſuris prohibitis qvoad fratres 19. conceſſis qvoad extraneos 20.

VIII. De Votis ſervandis 21. 23.

IX. De uvis & ſpicis pro fame levanda conceſſis 24. 25.

CAP. XXIV. X. De Repudio. CAP. XXIV, 1. 4.

XI. De novi mariti immunitate annua à bello & tributis 5.

XII. De non accipienda pignoris loco mola inferiore & ſuperiore 6.

XIII. De pœna capitali plagii 7.

XIV. De cavenda lepra juxta admonitionem ſacerdotũ 8. & exemplum Miriã 9.

XV. De mutuo non nimis rigidè exigendo 10. 13.

XVI. De mercede tempeſtivè ſolvenda (14. 15.

XVII. De pœna meritis inferenda 16.

XIIX. De judicio non pervertendo 17.

XIX. De beneficentia erga pauperes, per conceſſionem racemationis & ſpicilegii 18. 22.

CAP. XXV. XX. De lite terminanda CAP. XXV, 1. & certo plagarum numero 2. 3.

XXI. De non obturando ore bovi trituranti 4.

XXII. De Fratria ducenda. Frater vel

co-

cognatus ducere tenebatur fratris ſine maſcula prole defuncti viduam 5. ex qva ſuſceptus primogenitus nomine defuncti appellaretur 6. Vidua autem reſpuentem conjugium publicâ infamiâ afficeret 7. 10.

XXIII. De mulieris inhoneſta ultione 11. 12.

XXIV. De ponderum & menſurarum fraudibus prohibitis 13. 16.

XXV. De Amalechitis delendis 17. 19.

PARS QUINTA DE CONFIRMATIONE DECALOGI.

SECTIO I.

DE OBLATIONIBUS.

OBlationes ſunt Primitiarum & Decimarum.

Primitiæ omnium fructuum poſt ingreſſum in Canaan, in loco divinitus electo, ſacerdoti exhibendæ CAP. XXVI, 1. 4. factâ commemoratione deſcenſus in Ægyptum 5. ſervitutis duriſſimæ 6. exauditionis divinæ 7. eductionis ex Ægypto 8. introductionis in Canaan 9. adjunctis precibus 10. & conviviis ſacris 11. CAP. XXVI.

Decimæ trietericæ pro Levitis & egentibus inſtitutæ 12. cum proteſtatione, de ſincera contributione, & precatione pro

divina benedictione impetranda 13. 15.

Subjungitur Exhortatio ad obſervantiam ſtatutorum DEI, propter α. neceſſitatem mandati divini 16. β. honeſtatem fœderis renovati, inter Iſraelitas, obedientiam promittentes 17. & Deum, eos in peculium aſſumentem 18. γ. utilitatem eminentiæ ſupra gentes 19.

SECTIO II.

DE STATUA ET ARA LAPIDEA, item Diviſione populi.

CAP. XXVII. STatua ſeu moles lapidea poſt tranſitum per Jordanem, *in Ebal erigenda* CAP. XXVII, 1. 4.

Altare lapideum ibidem ædificandum 5. propter oblationem holocauſtorum 6. & pacificorum, & convivia ſacra 7.

Inſcriptio Verborum Legis ſeu Decalogi in ſtatua 8.

Diviſio populi in Tres Claſſes facta à Moſe attentionem imperante 9. 10. Conſtituebantur, I. *In monte Griſim*, tribus ad benedicendum ſeu votum Amen addendum benedictionibus, videl. Simeon, Levi, Juda, Iſaſchar, Joſeph & Benjamin 11. 12. *II. In monte Ebal* tribus ad maledicendum, vid. Ruben, Gad, Aſer, Zebulon, Dan & Nephthali

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

thali 13. III. *In medio* Levitæ aliàs apud Tabernaculum miniſtrantes, proclamaturi Benedictiones vel maledictiones 14.

Maledictionum fulmina XII à Levitis promulgata, cum approbatione populi in Ebal conſtituti:

Maledictus I. Sculptile faciens & abſcondens 15.

II. Contemnens Patrem vel Matrem 16.

III. Transferens terminum proximi 17.

IV. Faciens cœcum aberrare in via 18.

V. Pervertens judicium peregrini, pupilli & viduæ 19.

VI. Stuprans novercam ſuam 20.

VII. Concumbens cum bruto 21.

IIX. Stuprans ſororem ſuam 22.

IX. Stuprans ſocrum ſuam 23.

X. Percutiens clàm proximũ ſuum 24.

XI. Accipiens munus, ut percutiat animam ſangvinis innocentis 25.

XII. Non perficiens verba Legis hujus, Cum voto populi ſingulis maledictionib. addito, & omnis populus dicet Amen 26.

SECTIO III.

DE PROMISSIONIBUS & Comminationibus.

BENEDICTIONES ſeu promiſſiones beneficiorum divinorũ, piis propoſitæ: CAP. XXIIX.

 Exal-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Exaltatio ſuper gentes Cap.XXVIII,1. Participatio benedictionũ 2.in urbib.& agris 3. Bened. Fructus ventris,terræ & jumenti 4. abundantia caniſtri & reliqviarum 5. felicitas in exitu & introitu 6. victoria contra hoſtes 7. abundantia horreorum, proſperitas negotiorum 8. ſanctificatio 9. celebritas cultus divini 10.

Ben. fructus ventris terræ & jumenti 11. pluvia oportuna, ſucceſſus operũ manuũ, privilegium mutui aliis concedendi. 12. Præeminentia & imperium 13-

Qvæ benedictiones intelligendæ ſunt, cum conditione obedientiæ -13.14.

MALEDICTIONES ſeu Comminationes variarum calamitatum, inobedientibus propoſitæ 15. (16.
Participatio maledictionũ in urbib.& agris Paupertas & defectus reliqviarũ caniſtri 17. Maledictio fructus ventris terræ & jumenti 18. Infelicitas in introitu, exitu 19. & omnibus negotiis 20. Peſtis 21. Febris & Morbi 22. Cœlum æneũ,& terra ferrea 23. Mutatio pluviæ in pulverem 24. fuga propter hoſtes, & oppreſſio ab iis 25. omiſſio ſepulturæ occiſorum 26. morbi Ægyptiaci 27. amentia, cœcitas, conturbatio 28. oppreſſio, direptio bonorum 29. vid. uxoris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

ris 30. pecudum 31. liberorum 32. & fru-
ctuũ terræ 33. Veſania 34. ulcera 35. capti-
vitas 36. irriſio 37. Conſumtio ſeminum
agri, vinetorum & olivetorum per beſtias
38. 40. captivitas liberorum 41. ſterilitas
42. oppreſſio à peregrinis 43. 44. Certitu-
do interitus 45. miraculoſi 46. propter in-
obedientiam 47. Servitus, fames, ſitis, nu-
ditas, jugum ferreum 48. Obſidio ab ho-
ſtibus, qvi veloces inſtar aqvilarũ 49. robu-
ſti, nulli ſexui parcentes 50. & omnia con-
ſumentes 51. dejectio murorũ 52. Comeſtio
liberorũ per parentes delicatiſſimos 53.57.

Amplificatio plagarum inobedientibus im-
mittenda 58.

Conſumptio per morbos continuos 59.
Ægyptiacos 60. lethales, in lege non ſcri-
ptos 61. paucitas populi, qvi antea inſtar
ſtellaru cœli 62. Celeritas vindictæ divi-
næ 63. Exiliũ inter gentes idololatricas 64.
Cordis pavor, defectus oculorum & mœ-
ror animi 65. Vitæ incertitudo ſeu ſuſpen-
ſio è regione 66. Inqvietudo matutina &
veſpertina 67. ſervitus triſtiſſima in Ægy-
pto 68.

SECTIO IV.
DE RENOVATIONE fœderis Divini.

F*Oederis Divini* in Horeb inſtituti, & in Campeſtribus Moab per Moſen renovati, *Exordium, Propoſitio, Confirmatio & Concluſio.*

EXORDIUM commendans anteacta Dei beneficia erga Iſraelitas, videlicet, α. *In Ægypto* immunitatem à plagis nondum intelle-
CAP. XXIX. ctam CAP. XXIX, 1. 4. β. *In deſerto* miraculoſam conſervationem veſtium & calceorum 5. & victum extraordinarium per an. XL. 6. γ. *In limine Canaan* regna Sichonis & Ogi 7. conceſſa Rubenitis, Gaditis, & dimidiæ Tribui Manaſſis. 8.

PROPOSITIO continens ſummam Fœderis, & obligationem populi ac poſterorum ad obedientiam 9.15.

CONFIRMATIONIS Argumenta, I. *Cognitio habitationis* in Ægypto, & tranſitus per deſertum 16. propter fugam tùm idololatriæ 17. ne radix aliqva fructificet venenum & abſinthium 18. tùm ſecuritatis, ne addatur ebria ſitienti 19.

II. *Comminatio pœnarum,* videlicet iræ divinæ 20. ſeparationis ab Eccleſia 21. ſterilitatis terræ, exilii, & variarum plagarum, propter apoſtaſiam & idololatriam, juſto DEI judicio, inflictarum, & tacito poſteritatis teſtimonio comprobatarum 22. 29.

III. *Uti-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

III. Utilitas pœnitentiæ qvæ reditus ad cor dicitur CAP. XXX, 1. item converſio ad Deum 2: videlicet promiſſio liberationis à captivitate, reſtitutionis ad Eccleſiam 3. 5. Circumciſionis cordis 6. vindictæ de hoſtibus 7. & omnis proſperitatis reſipiſcentibus concedendæ 8. 10. CAP. XXX.

IV. Medium Reſipiſcentiæ, videl. *Verbum DEI*, non occultum, nec remotum 11. non in cœlo aſpectabili repoſitum, ut aſcenſu 12. nec transmarinum ut difficili navigatione opus ſit 13. ſed valdè propinqvum in ore & corde 14.

CONCLUSIO repetens *α*. ſummam benedictionis & maledictionis 15. *β*. promiſſionem felicitatis piis 16. ac denunciationem interitus rebellibus exhibitam 17. 18. Et provocans cœlum & terram in teſtimonium, qvod Exhorratio facta ſit ad Iſraelitas, de dilectione DEI, qvi Vita & Longitudo dierum 20.

PARS SEXTA DE MOSIS ACTIS PAULO ANTE MORTEM.

SECTIO I.

DE RESIGNATIONE OFFICII, & ſucceſſione Joſvæ.

Mo-

CAP. XXXI. MOſes an. æt. 120. coram omnibus Iſraelitis officium reſignans, & ſucceſſorem Joſvam deſignans CAP. XXXI, 1. 3.

I. *Conſortavit Iſraelitas* exemplo prioris victoriæ 4. Deiq; auxilio & præſentiâ 5. 6.

II. *Inſtruxit Joſvam*, de diviſione terræ per ſortem 7. & præſidio DEI 8.

III. *Admonuit Sacerdotes* & ſeniores, de publica prælectione Devteronomii, qvovis anno ſeptimo 9. 13.

IV. *Admonitus eſt divinitus* tùm de populi idololatria 14. 16. & pœna 17. 18. tùm de Cantico conſcribendo, in teſtimonium contra futuros idololatras 19. 20. graviſſimè puniendos 21.

V. *Conſcripſit* eodem die *Canticum* Iſraelitis inculcatum 22.

JOSVA à Deo animatus ad ſtrenuitatem introducendi Iſraelitas in Canaan 23.

MOSES deſcripſit volumen Legis, in teſtimonium, contra rebelles, juxta arcam fœderis repoſitum 24. 27. Et canticum coram ſenioribus recitavit 28. 30.

SECTIO II.
DE CANTICO MOSIS.

CAP. XXXII. C*Antici hujus; Exordium*, per conteſtationem ad Cœlum & Terram C. XXXII, 1.

&

& Votum de Oratione ſua futura inſtar pluviæ, & roris 2.

Propoſitio: Deus eſt petra & veritas, cujus opera perfecta, & viæ rectæ 3.4.

Confirmatio per beneficia divina, Iſraelitis rebellibus 5. exhibita, à Patre Cœleſti, qvi eos firmavit 6. hæreditate donavit 7.9. inſtruxit, cuſtodivit veluti pupillam oculi 10. portavit, ut aqvila pullos, volandi imperitos vehere dicitur 11. deduxit 12. ſatiavit melle, oleo 13. butyro, lacte, adipe, tritico & vino 14.

NARRATIO *recenſens* I. *Ingratitudinem* Iſraelitarum, qvi impingvati recalcitrarunt, deſpicientes Deum ſalutem ſuam 15. & idololatriæ ſe mancipantes 16.

II. Prædictionem atrociſſimarum pœnarum, videlicet abſconſionis faciei divinæ 19.21. ignis iræ divinæ ardentis ad infernum 22. ſagittarum 23. famis, luis ardentis, beſtiarum 24. gladii foris & terroris intus 25. diſperſionis & deletionis 26. 27. amentiæ 28. fugæ 1000. per unum, venditionis & concluſionis ſub pœnis factæ divinitus 29. 31.

III. Peccata comparata vitibus Sodomiticis, botris amariſſimis 32. Veneno draconum, felli aſpidum 33.

IV. My-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

IV. *Myſterium* de Induratione Judæorum 34. revelandum per ultionem divinam 35.

V. *Conſolationem* per mutationem pœnæ, ſpem veniæ 36. confuſionem hoſtium 37. 38. ſanationem & vitam ſuccedentem percuſſioni & morti 39. rejectionem hoſtium firmatam juramento 40. & ſignis militaribus videl. ſagittis inebriatis ſangvine, & gladio devorante 41. 42.

Concluſio de Exultatione Eccleſiæ, propter hoſtes Dei proſtratos 43.

Sequitur Recitatio Cantici coram Iſraelitis, admonitis de cuſtodiendo Verbo DEI, qvod eſt vita & medium prolongandi dies 44. 47: *Et Mandatum DEI* de Moſe terram Canaan è monte Abarim proſpecturo, & ibidem morituro 48. 52.

SECTIO III.

DE MOSIS BENEDICTIONE *Prophetica Iſraelitis collata.*

CAP. XXXIII BENEDICTIONIS hujus EXORDIUM, qvo DEI glorioſam apparitionem, legem igneam & dilectionem erga obedientes, Commendat *Vir Dei Moſes, Legis Doctor & Rex Reipublicæ Iſraeliticæ* CAP. XXXIII, 1. 5.

NARRATIO prędicens & optans Tribui. RU-

RUBEN longævitatem 6.
JUDÆ auxilium DEI in gubernando Regno, & victoriam adverſus hoſtes 7.
LEVI dexteritatem miniſterii, in docenda lege, & peragendis ſacrificiis aliisq; negotiis, & deletionem hoſtium propter Urim & Thummim, occiſionem Idololatrarum, & cuſtodiam pacti 8. 11.
BENJAMINO dilecto DEI, exercitium religionis in templo Jeruſolymitano 12.
JOSEPHO, delitias præſtantiſſimas 13. 16. & poſteritatem robuſtiſſimam ac numeroſiſſimam 17.
ZEBULONI, lætitiam in egreſſu & ISACHARI lætitiam in tabernaculis 18. utriq; studium pietatis, & abſconditos theſauros arenæ 19.
GAD victoriam ſuper hoſtes, qvia inſtar leonis rapiet brachiū & verticem 20: item rectum Legislatorem 5: Eliam Prophetā 21.
DAN fortitudinem, qvia inſtar Catuli exultabit 22.
NEPHTHALI plenitudinem benedictionis circa occidentem & meridiem 23.
ASERI fertilitatem regionis, ſeu intinctionem pedum in oleo, copiam prolis 24. ferri & æris, firmamq; valetudinem 25.
Concluſio deſcribens, Tùm *Encomion* DEI, qvi

eſt

eſt Inſeſſor cœli in auxilium hominum 26. habitaculum piorum, brachiis æternis eos comprehendens, & diſperdens hoſtes 27. Tùm *proſperitatem Iſraelis*, gaudentis fertilitate terræ, temperie cœli 28. & ſcuto auxilii divini 29.

SECTIO IV.
DE MOSIS OBITU, & Epitaphio.

CAP. XXXIV MOSIS I. *Aſcenſus in montem* Nebo, unde conſpexit monſtratos divinitus terminos terræ promiſſæ, qvam non ingrederetur CAP. XXXIV, 1. 4.

II. *Mors* an. æt. 120. Et ſepultura in ſepulchro incognito divinitus facta, & publico luctu ab Iſraelitis celebrata XX dieb. 5. 8.

III. *Succeſſor Joſua* ſpiritu ſapientiæ replctus, & per Moſen inauguratus 9.

IV. *Epitaphium*, qvo Summus hic propheta laudatur à cognitione DEI, cum qvo ore ad os loqvutus eſt 10. & à gloria miraculorum 11. 12.

Finis Librorum Moſis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Errata corrigenda.

PAg. 6. lin. 4. leg. efficacior
16. 25. poſt verba ab aquis 9. 10.
3. lin. ult. ſvaveolens
7. 22. ſtabilita
8. 4. duxit
4. in marg. CAP. XXIII
2. 5. poſt notam (3) Eventus
9. 27. patris ſenis
3. 22. poſterorum
3. in ſchemat. Tabernaculi
ibid. in marg. 19.
4. in ſchem. Dolationem
6. l. 10. & 11. Invidentiæ contra eos & conſultationi
0. 14. pro (3) l. (5)
ibid. lin. 15. pro 13. leg. 23.
2. 11. Magica
7. in marg. CAP. XIV.
2. 16. devolutis ad ſe
8. 23. lacte
9. 14. Deum & Iſr.
1. 7. Sanctuario
3. 26. Inſcriptione
9. 24. poſt vocem imponente 29. 35
0. in marg. CAP. XXXV
105. 18. οὐρανοῖς
106. 6. Domui
108. in ſchem. delapſo
115. 1. Sacrificium item זֶבַח
117. 20. ſartagine
118. 8. זֶבַח
122. 3. tactum cadaverum.
ibid. l. 5. ſqvamis
123. 8. factam
ib. 23. incrementum
124. 17. excipiendus
128. 10. leg. 23. 28
132. 21. filiæ
134. 26. ſtatutum
139. 18. tranquillitas à beſtiis
151. 22. hæc
154. 19. Ordinationibus
156. 4. computreſceret
162. 12. Murmure
164. 3. & 4. pro ad l. apud
165. 24. Comminatio interitus
169. 5. interfectorum
170. 9. pro in leg. ad
171. 14. demandatorum

Q

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

173.6. pro ab leg. ad
174.16. cantico celebris
ibid.18. vicina
176.27. Formula
177.23. epiphonema
180.16. Hæreditatibus
181.3. ſuccederent
189.12. pro 3 leg. 30.
ib.13. jaakan
195.5. pro & l. ex
ib.6. Tabernaculo

201. in ſch. pro arcam leg. aram
205. in marg. CAP. III.
ib.17. pro LXVI leg. LX.
206.5. pro 22. l. 28.
208.10. eduxi te
211.5. CAP. VII
213. in marg. CAP. IX
221. 13. facto
224. in marg. CAP. XIX
228.6. fame
235. 19. Exhortatio

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Facta infecta non
fieri poſſunt, hoc opus
factum ergo non infectum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]

75.

Paulus Petri Lucoppidan

1707

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 75 8° [1,-57]